


Pharmacopoeias, , Parma

Supplement

# CODEX

# MEDICAMENTARIUS

# PARMENSIS



PARMAE

E DUCALI TIPOGRAPHAEO

MDCCCXXIII.

# NOI MARIA LUIGIA

## PRINCIPESSA IMPERIALE

## ED ARCIDUCHESSA D'AUSTRIA

PER LA GRAZIA DI DIO

## DUCHESSA

## DI PARMA, PIACENZA E GUASTALLA

ECC. ECC. ECC.

Col Nostro Decreto dato a Parma il dì 11 ottobre 1817, instituendo il Consiglio del Protomedicato, seguimmo l'esempio de' Nostri Predecessori, che in diverse epoche emanarono leggi salutari intorno all' arte di guarire, onde non trovassero luogo abusi i quali, nell'esercizio di quella, riescono sempre a grave danno della società, sino a minacciare la vita degli uomini.

Se non che, affidato l'esercitare i diversi rami dell'arte a persone riconosciute di ciò capaci, rimase l'antico difetto di una Farmacopea generale, che, dettando le regole della composizione e della preparazione de' medicamenti, stabilisse un Formolario certo ed invariabile da tenersi ed eseguirsi in tutti i laboratorj farmaceutici.

Al quale difetto Ci è paruto tanto piú necessario ed importante il provvedere, quanto antico era il bisogno di provvedimento. Chè ordinato un Codice Farmaceutico dai Nostri Predecessori, e specialmente nel 1623 per Editto del Cardinal Farnese Tutore del Duca Don Odoardo, e nel 1749 per le Costituzioni del Regio Ducale Protomedicato emanate dal Duca Don Filippo Borbone, non potè quell'opera essere condotta a termine.

Per ciò con Nostro Rescritto dato a Sala il dì 22 Ottobre 1819, incaricammo il Consiglio del Protomedicato, aggiuntovi quat-

tro altre persone erudite nell'arte, di distendere e presentarci, col mezzo del Nostro Presidente dell'Interno, un Codice Farmaceutico conforme agli usi moderni ed alle nuove ricevute dottrine.

La Commessione ha compiuto ai Nostri desiderj sottoponendoci nel Dicembre 1821 il suo lavoro, il quale, avendo Noi prescritto alcune modificazioni, è ora stato nuovamente sottoposto alla Nostra Sanzione;

E avendolo trovato tale da meritare l'approvazione Nostra;

Dopo proposta del Nostro Presidente dell' Interno,

Abbiamo Decretato:

1.° Il Formolario Farmaceutico disteso per Nostro ordine, e che porta il titolo *Codex Medicamentarius Parmensis*, sarà stampato e posto in esecuzione in tutti i Nostri Stati a datare del 1.° Giugno 1823.

2.° Il Nostro Presidente dell' Interno è incaricato dell'eseguimento del presente Nostro Decreto.

Dato a Parma li 26 Dicembre 1822.

MARIA LUIGIA.

Da parte di Sua Maestà
*Il Ministro di Stato*
*Conte* MAGAWLY.

In fede della verità della copia
*Il Presidente dell'Interno*
*Barone Commend.* F. CORNACCHIA.

# *P R A E F A T I O*

Codex Medicamentarius Parmensis, *jussu Augustae Principis Imperialis* MARIAE LUDOVICAE *Archiducis Austriae, cui feliciter paremus, a Protomedicati Consilio, quatuorque aliis lectissimis Viris adjunctis, nullo labori parcendo, redactus, in lucem prodit.*

*Jamdiu, et jure quidem ac merito a bonis omnibus hoc opus exoptabatur. In tota enim ditione, cum penes Pharmacopolas mos medicamina officinalia variis diversisque methodis conficiendi invaluisset, et Medici inde, atque Chirurgi in remediorum praescriptione, in definiendis dosibus, in eorum denique actione, et effectibus supputandis dubii semper, incertique haererent, necesse profecto erat, ut norma statueretur, quam omnes pharmaciae Magistri in illis parandis sequi tenerentur.*

*Praeterea, cum Chymia, cujus progressus nuperrimos mirantur omnes, atque suspiciunt, nova et inaudita tentaminum ratione principia hactenus ignota revelaverit, et novas tutioresque methodos praeparationibus perficiendis apprime acco-*

*modatas suggesserit, quae in pharmacopoeis huc usque editis desiderantur, decebat sane Codicem hisce temporibus condendum tam pretiosa et utili supellectile locupletare.*

*Opus universum in duas partes est distributum. Prior medicamenta simplicia ob oculos ponit, quae hisce in regionibus triplex naturae regnum suppeditat, et ea quae commercio advehuntur. Altera usitatiores formulas officinales, nec non appositas easdem exequendi methodos exponit.*

*Operi* Appendix *adjecta, ad quam pharmaca relegata, quae usui tantum veterinario inserviunt, uti illa quorum quidem formulae, licet inconcinne digestae, et cum recentiorum doctrinis minus congruere videantur, tamen cum sint antiquissimo usu recepta, populari suffragio, observatione denique ac experientia probata, non omnino expungenda visa sunt.*

*Potentioribus remediis doses minimae et mediae, summis Medicorum criterio relictis, appositae sunt: idque ad frequentes ac periculi plenos errores praecavendos. Doses vero illorum, quae a vulgo, etiam inconsulto Medico, adhibentur, definire omnino supervacaneum judicatum est.*

*Ita, quamvis* Morphina, Emetina, Hyosciamina, Strychnina, Atropina, Veratrina, *aliaque Alkali organica nuper detecta Auctores minime laterent, tamen consulto omissa sunt. Sicuti enim substantiae ipsae, a quibus arte hujusmodi principia eruun-*

*tur, parca quantitate a Medicis praescribi solent, tenuissimae oppido, ac vix metiendae doses istis apponi debuissent.*

*Hinc nil facilius, quam quod saepe errores nulla fere diligentia antevertendi obreperent, qui vel levissimi etiam aegrotantium vitam in summum discrimen adducerent.*

*Medicaminum tum simplicium, cum compositorum vires data opera praetermissae. Hanc enim Spartam tractare auctorum non erat. Aliunde vero, cum hisce temporibus super hac re acerrima disputatio apud Italos praesertim Medicos ferveat, ita ut iisdem remediis oppositae vires tribuantur, intempestivum ac imprudens consilium fuisset in hanc arenam descendere.*

*De* Pulverisatione, Lixiviatione, Decantatione, *aliisque mechanicis vulgaribusque praeparationibus ne verbum quidem. Codicem enim Medicamentarium, non Pharmaceuticas Institutiones ad tyronum usum, conscribere animus fuit.*

*In praeparationibus collocandis ille arreptus est ordo, quem natura rei indicare videbatur. Ita nempe dispositae sunt, ut a simplicibus ad compositas, in hisce autem a minus compositis ad magis compositas progressus fiat ad Chymicas usque praeparationes, in quibus Synthesis et Analysis totum opus absolvunt.*

*Ut autem res magis magisque elucescat, ratio ordinis hic subjicitur.*

## ORDO I.

Medicamenta simplici tantum mixtione paranda.

Sectio I. *Species.*
,, II. *Rotulae.*
,, III. *Massae.*
,, IV. *Trochisci.*
,, V. *Sinapismus, et Pasta Epispastica.*

## ORDO II.

Medicamenta mixtione et calorico elaboranda.

Sectio I. *Tabellae et Tragemata.*
,, II. *Conservae.*
,, III. *Confectiones.*
,, IV. *Electuaria.*
,, V. *Cataplasmata.*

## ORDO III.

Olea, Adipes, atque Medicamenta oleo
aut adipibus cum oxydis metallicis
vel absque componenda.

Sectio I. *Olea per expressionem educta.*
,, II. *Olea per impressionem parata.*
,, III. *Unguenta.*
,, IV. *Emplastra.*

## ORDO IV.

Praeparationes variis liquidis absque distillatione peragendae.



## ORDO V.

Medicamenta ex solutis inspissatis.



## ORDO VI.

Medicamenta ex Vegetabilium distillatione deprompta.

*Opportunum visum est Indicem copiosissimum adnectere, ut res facilius lectoribus patere possint ac quasi occurrere.*

*Postremo, ut saluti publicae magis magisque prospiceretur, necessarium judicatum est omnibus Pharmacopolis injungere, ut medicamenta tum simplicia , tum praeparata, quae asterisco (*) notata sunt, in eorum officinis semper prostent, uti etiam ea, quae tametsi asterisco careant, frequentius tamen solent a Medicis Chirurgisque praescribi .*

---

# PONDERUM COMPARATIO

| Pondera quibus Pharmacopolae nostrates utuntur. | | Grammata. |
|---|---|---|
| Granum. | respondet | 0, 047,453 |
| Semiscrupulum. *constat granis* 12. | | 0, 569,440 |
| Scrupulum *constat granis* 24. | | 1, 138,870 |
| Semidrachma. *constat granis* 36. | | 1, 708,310 |
| Drachma *constat scrupulis* 3. | | 3, 416,620 |
| Semiuncia *constat drachmis* 4. | | 13, 670,860 |
| Uncia. *constat drachmis* 8. | | 27, 332,930 |
| Semilibra. *constat unciis* 6. | | 164, 000,000 |
| Libra (*) *constat unciis* 12. | | 328, 000,000 |

(*) *Ratio Librae Parmensis ad Kilogramma* :: 41 : 125.

# PARS PRIMA

CONTINENS EA

## QUAE TRIPLEX NATURAE REGNUM

## SUPPEDITAT

VEL

## COMMERCIUM PRO USU MEDICO

## ADVEHIT

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Abies | Pinus Picea *Du Roy.* Pinus Abies *Linnaei* |
| *Resina* | |
| * Absynthium | Artemisia Absynthium *L.* |
| *Summitates et Folia* | |
| Acetosa | Rumex Acetosa *L.* |
| *Herba et Semina* | |
| * Acetum | Acidum aceticum impurum |
| *Acetum vini* | |
| Aconitum | Aconitum neomontanum *Trattinick* |
| *Folia* | Aconitum Napellus *L.* |
| Adeps bovinus | Bos Taurus *domesticus L.* |
| Adeps suillus | Sus Scrofa *domesticus L.* |
| Aerugo | *Vide* Viride aeris |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Agaricus *Fungus* | Boletus purgans *Persoonis* |
| Allium *Bulbus* | Allium sativum *L.* |
| Aloës hepatica *Succus inspissatus* | Aloë perfoliata *L.* |
| * Aloës soccotrina *Succus inspissatus* | Aloë succotrina *Pers.* Aloë spicata *L.* |
| Althaea *Radix et Folia* | Althaea officinalis *L.* |
| Alumen rupeum | Suprasulphas protoxydi Aluminii, et deutoxydi Potassii, vel Ammoniae |
| * Ammoniacum *Gummi-resina* | Heracleum gummiferum *Willdenowii* |
| Amomum *Semina* | Amomum 〃 |
| Amygdalae amarae *Semina* | Amygdalus communis *L.* |
| Amygdalae dulces *Semina* | Amygdalus communis *L.* |
| Amylum *Faecula* | Amylum |
| Anethum *Semina* | Anethum graveolens *L.* |
| Angelica *Radix* | Angelica Archangelica *L.* |
| Angustura *Cortex* | Bonplandia trifoliata *W.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Anisum *Semina* | Pimpinella anisum *L.* |
| Anisum stellatum *Fructus* | Illicium anisatum *L.* |
| Antimonium crudum | Sulphuretum Antimonii |
| Antimonium purum | Stibium vel Antimonium |
| Apium *Radix* | Apium graveolens *L.* |
| Argentum | Argentum |
| Aristolochia longa *Radix* | Aristolochia Clematitis *L.* |
| Aristolochia rotunda *Radix* | Aristolochia rotunda *L.* |
| * Arnica *Radix, Flores, et Folia* | Arnica montana *L.* |
| * Assa foetida *Gummi-resina* | Ferula Assa foetida *L.* |
| Astragalus *Radix* | Astragalus exscapus *L.* |
| Aurantium *Flores, Folia, et Cortex fructus* | Citrus Aurantium *L.* |
| Auripigmentum | Sulphuretum Arsenici flavum |
| Aurum purum | Aurum |

B

| | |
|---|---|
| Balsamum Copaive *Resina liquida* | Copaifera officinalis *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Balsamum peruvianum *Balsamum* | Myroxylum peruiferum *L.* |
| Balsamum tolutanum *Balsamum* | Toluifera Balsamum *L.* |
| Bardana *Cortex radicis* | Arctium Lappa *L.* Arctium Bardana *L.* |
| Bdellium *Gummi-resina* | Amyris . . . *L.* |
| Belladonna *Folia, Radix* | Atropa Belladonna *L.* |
| Benzoës *Balsamum* | Styrax Benzoin *Dryander* |
| Bismuthum | Bismuthum |
| Bistorta *Radix* | Polygonum Bistorta *L.* |
| Bitumen judaicum | Asphaltum |
| Bolus armena<br>Bolus rubra nostras | Argilla cum peroxydo ferri rubra |
| Borax depuratus | Subborax deutoxydi Sodii |
| Bryonia *Radix* | Bryonia alba *L.* |

C

| | |
|---|---|
| Cacao *Semina* | Theobroma Cacao *L.* |
| Calaguala *Radix* | Polypodium Calaguala *L.* |
| Calamus aromaticus *Radix* | Acorus Calamus *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Calx | Oxydum Calcii |
| Campechium *Lignum* | Haematoxylum Campechianum *L.* |
| * Camphora | Laurus Camphora *L.* |
| * Cannabina *Folia* | Datisca cannabina *L.* |
| * Cantharides *Insecta* | Meloë vesicatorius *L.* Lytta vesicatoria *Fabricii* |
| Capillus veneris *Frondes* | Adiantum Capillus Veneris *L.* |
| Carbo | Carbo |
| Cardamomum majus *Semina* | Amomum Cardamomum *L.* |
| Cardamomum minus *Semina* | Amomum Cardamomum, *varietas L.* |
| Carduus benedictus *Summitates florentes et Folia* | Centaurea benedicta *L.* |
| Carlina *Radix* | Carlina acaulis *L.* |
| Carvum *Semina* | Carum Carvi *L.* |
| Caryophylli *Calices immaturi flore nondum aperto* | Eugenia Caryophyllata *W.* |
| Cascarilla *Cortex radicis* | Clutia Eluteria *L.* |
| * Cassia fistula *Citinus* | Cassia fistula *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Cassia lignea *Cortex* | Laurus Cassia *L.* |
| * Castoreum *Folliculi abdominales* | Castor Fiber *L.* |
| * Catheců *Succus concretus* | Acacia Catechù *W.* |
| Centaurium minus *Apices florentes* | Erithraea Centaurium *Pers.* |
| Cera alba | Cera |
| Cera flava | Cera |
| Cerasa nigra *Drupa* | Prunus avium *L.* |
| * Cerussa | Subcarbonas protoxydi Plumbi |
| Chamaedrys *Summitates* | Teucrium Chamaedrys *L.* |
| * Chamaemelum *Flores* | Matricaria Chamomilla *L.* |
| Chamaepitys *Summitates* | Ajuga Chamaepitys *L.* |
| China dulcis *Radix* | Similax China *L.* |
| * China China *Cortex* | Cinchona officinalis *L.* Cinchona Condaminea *Humboldt et Bonpl.* |
| China lutea *Cortex* | Cinchona cordifolia *Mutis* |
| China rubra *Cortex* | Cinchona oblongifolia *M.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Cichorium *Radix et Folia* | Cichorium Intybus *L.* |
| * Cicuta *Folia* | Conium maculatum *L.* |
| * Cinnamomum *Cortex* | Laurus Cinnamomum *L.* |
| Citrus *Fructus* | Citrus medica *L.* |
| Coccinella *Insectum* | Coccus Cacti *L.* |
| Cochlearia *Folia* | Cochlearia officinalis *L.* |
| Colchicum *Radix* | Colchicum autumnale *L.* |
| Colocynthis *Fructus* | Cucumis Colocynthis *L.* |
| * Colombo *Radix* | Menispermum palmatum *Lamark* |
| Colophonia *Resina* | Pinus picea *Du Roy* |
| Contrajerva *Radix* | Dorstenia Contrajerva *L.* |
| Corallina *Fucus* | Ceramium Helmintho-chorton *Acharii* |
| Coriandrum *Semen* | Coriandrum sativum *L.* |
| Cornus *Fructus* | Cornus mascula *L.* |
| * Cremor tartari | Supratartras deutoxydi Potassii |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Creta alba | Subcarbonas Calcis |
| * Crocus | Crocus sativus *L.* |
| *Pistilla* | |
| Crystalli veneris | Acetas deutoxydi Cupri |
| Cubebe | Piper Cubeba *L.* |
| *Fructus* | |
| Cupressus | Cupressus sempervirens *L.* |
| *Strobilus* | |
| Cuprum | Cuprum vel Aes |
| Cyanus | Centaurea Cyanus *L.* |
| *Flores* | |
| Cynara | Cynara Scolymus *L.* |
| *Radix* | |
| Cynoglossum | Cynoglossum officinale *L.* |
| *Cortex radicis* | |

D

| | |
|---|---|
| Dictamnus creticus | Origanum Dictamnus *L.* |
| *Folia* | |
| Digitalis lutea | Digitalis lutea *L.* |
| *Folia* | |
| * Digitalis purpurea | Digitalis purpurea *L.* |
| *Folia* | |
| Dulcamara | Solanum Dulcamara *L.* |
| *Caules* | |

E

| | |
|---|---|
| Elemi | Amyris Elemifera *L.* |
| *Gummi-resina* | |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Euphorbium *Gummi-resina* | Euphorbia officinarum *L.* |
| **F** | |
| Faba *Semina* | Vicia Faba *L.* |
| Ferrum | Ferrum vel Calybs |
| Filix mas *Radix* | Aspidium Filix mas *W.* |
| Flammula Jovis *Folia* | Clematis recta *L.* |
| * Flores sulphuris | Sulphur sublimatum |
| Foeniculum *Semina* | Anethum Foeniculum *L.* |
| Foenum graecum *Semina* | Trigonella Foenum graecum *L.* |
| Fumaria *Herba* | Fumaria officinalis *L.* |
| **G** | |
| Galbanum *Gummi-resina* | Bubon Galbanum *L.* |
| Gallae turcicae *Tumores a Cynipis foliorum - quercus punctura producti* | Quercus infectoria *Olivierii* |
| Gentiana acaulis *Radix* | Gentiana acaulis *L.* |
| * Gentiana lutea *Radix* | Gentiana lutea *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Gramen *Radix* | Triticum repens *L.* Cynodon Dactylon *Richard.* |
| Grana Kermes *Folliculi sphaerici* | Coccus Ilicis *L.* |
| Guajacum *Lignum, Gummi-resina* | Guajacum officinale *L.* |
| * Gummi arabicum *Gummi* | Mimosa nilotica *L.* |
| * Gummi-gutta *Gummi-resina* | Stalagmitis Cambogioides *L.* |
| * Gummi-Kino *Succus concretus* | Eucalyptus resinifera *W.* |

H

| | |
|---|---|
| Hedera terrestris *Folia* | Glechoma hederacea *L.* |
| Helleborus albus *Radix* | Veratrum album *L.* |
| Helleborus niger *Radix* | Helleborus niger *L.* |
| Hermodactylus *Radix* | Colchicum variegatum *L.* |
| Hippocastanum *Cortex ramorum* | Aesculus Hippocastanum *L.* |
| * Hirudo *Vermis* | Hirudo officinalis *L.* |
| Hordeum germanicum *Semen decorticatum* | Hordeum distichon *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Hordeum vulgare *Semen* | Hordeum vulgare *L.* |
| * Hyoscyamus *Herba et Semen* | Hyoscyamus niger *L.* |
| Hypericon *Summitates florentes, et fructescentes* | Hypericum perforatum *L.* |
| Hyssopus *Herba* | Hyssopus officinalis *L.* |

I

| | |
|---|---|
| Jacea *Herba* | Viola tricolor *L.* |
| Jalapa vel Jalappa *Radix* | Convolvulus Jalapa *L.* |
| Ichthyocolla *Membrana in vesica natatoria* | Acipenser Huso, Acipenser ruthenus *L.* |
| * Ipecacuanha cinerea *Radix* | Cephaelis Ipecacuanha *P.* |
| Iris Florentina *Radix* | Iris Florentina *L.* |
| Juniperus *Baccae* | Juniperus communis *L.* |


L

| | |
|---|---|
| Lacca in granis *Substantia resinosa aliis commixta* | Croton lacciferum, Ficus religiosa et indica *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Lactuca virosa *Herba* | Lactuca virosa *L.* |
| Laurus *Folia et Fructus* | Laurus nobilis *L.* |
| Laurus cerasus *Folia* | Prunus Lauro-Cerasus *L.* |
| Lavendula *Spicae florentes* | Lavandula Spica *L.* |
| * Lichen islandicus *Lora* | Cetraria islandica *Acharii* |
| Lichen pyxidatus *Scyphi* | Cenomyce pyxidata *A.* |
| Limon *Fructus* | Citrus medica *L.* |
| Linum catharticum *Herba* | Linum catharticum *L.* |
| Linum commune *Semina* | Linum usitatissimum *L.* |
| * Liquiritia *Radix et Extractum* | Glycyrrhiza glabra *L.* |
| Lithargyrium | Protoxydum Plumbi fusum |
| Lithospermum *Semina* | Lithospermum officinale *L.* |

M

| | |
|---|---|
| Macis *Arillus nucis moschatae* | Myristica moschata *L.* |

| *Nomina officinalia.*  | *Nomina systematica.*  |
|---|---|
| Malum *Fructus* | Pyrus malus *L.* |
| Malum punicum *Cortex fructus* | Punica Granatum *L.* |
| Malva *Folia* | Malva rotundifolia. Malva silvestris *L.* |
| * Manganesium vulgare | Peroxydum Manganesii |
| * Manna | Fraxinus rotundifolia *L.* |
| Marrubium album *Folia et Summitates* | Marrubium vulgare *L.* |
| Mastices *Resina* | Pistacia Lentiscus *L.* |
| * Mel | Mel |
| Melilotus *Summitates florentes* | Melilotus officinalis *P.* |
| Melissa *Herba* | Melissa officinalis *L.* |
| Melo *Semina* | Cucumis melo *L.* |
| Mentha crispa *Herba* | Mentha crispa *L.* |
| Mentha piperita *Herba* | Mentha piperita *L.* |
| Mercurialis *Herba* | Mercurialis annua *L.* |
| * Mercurius | Hydrargyrum |
| Meum athamanticum *Radix* | Meum Athamanta *P.* |
| * Mezereon *Cortex* | Daphne Mezereum *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Minium | Deutoxydum Plumbi |
| * Moschus | Moschus moschiferus *L.* |
| *Folliculi* | |
| * Myrrha | Amyris Kataf *Forskalii* |
| *Gummi-resina* | |
| Myrtus | Myrtus communis *L.* |
| *Baccae* | |

N

| | |
|---|---|
| Nardus celtica | Valeriana celtica *L.* |
| *Radix* | |
| Nardus indica | Andropogon Nardus *L.* |
| *Herba* | |
| Nasturtium aquaticum | Sysimbrium Nasturtium *L.* |
| *Folia* | |
| Nicotiana | Nicotiana Tabacum *L.* |
| *Folia* | |
| Nux Juglans | Juglans regia *L.* |
| *Folia et Pericarpium externum* | |
| Nux moschata | Myristica moschata *L.* |
| *Nucleus* | |
| * Nux vomica | Strychnos Nux vomica *L.* |
| *Semina* | |

O

| | |
|---|---|
| Oleum | Olea europaea *L.* |
| Oleum vitrioli | Acidum sulphuricum |
| Olibanum | Amyris . . . *Forsk.* |
| *Gummi-resina* | |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Ononis spinosa *Radix* | Ononis spinosa *L.* |
| * Opium thebaicum *Succus inspissatus* | Papaver somniferum *L.* |
| Opobalsamum *Resina* | Amyris Opobalsamum *L.* *et Forsk.* |
| Origanum vulgare *Summitates floridae* | Origanum vulgare *L.* |
| Oryza *Semen decorticatum* | Oryza sativa *L.* |
| Os Sepiae *Tegmen* | Sepia officinalis *L.* |

P

| | |
|---|---|
| Papaver album *Capsulae* | Papaver somniferum *L.* |
| Papaver erraticum *Petala* | Papaver Rhoeas *L.* |
| Parietaria *Herba* | Parietaria officinalis *L.* |
| Persica *Flores et Semina* | Amygdalus Persica *L.* |
| Petroleum *Bitumen liquidum* | Naphta et Petroleum |
| Phellandrium aquaticum *Semina* | Phellandrium aquaticum *L.* |
| Piper album *Semen tegmento destitutum* | Piper nigrum *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Piper longum *Semen* | Piper longum *L.* |
| Piper nigrum *Semen* | Piper nigrum *L.* |
| Pix burgundica *Resina* | Pinus . . . *L.* |
| Pix liquida *Resina* | (Pinus . . . *L.*) |
| Plumbum | Plumbum |
| * Polygala amara *Radix* | Polygala amara *L.* |
| Polygala vulgaris *Herba* | Polygala vulgaris *L.* |
| Prunus domestica *Drupa* | Prunus domestica *L.* |
| Prunus sylvestris *Drupa* | Prunus spinosa *L.* |
| Pulsatilla *Herba* | Pulsatilla nigricans *P.* |
| Pumex | Pumex |
| Pyrethrum *Radix* | Anthemis Pyrethrum *L.* |

Q

| | |
|---|---|
| * Quassia *Lignum* | Quassia amara *L.* |
| Quercus *Cortex* | Quercus Robur *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
| --- | --- |
| **R** | |
| Raphanus rusticanus *Radix* | Cochlearia Armoracia *L.* |
| Ratanhia *Radix* | Krameria triandra *Ruitz* |
| Resina Pini | Pinus . . . . L. |
| * Rhabarbarum *Radix* | Rheum palmatum *L.* |
| Rhum | Rhum |
| Rhus radicans *Folia* | Rhus radicans *L.* |
| Rhus Toxicodendron *Folia* | Rhus Toxicodendron *L.* |
| Ricinus *Semina* | Ricinus communis *L.* |
| Rosa communis *Petala* | Rosa centifolia *L.* |
| Rosa rubra *Petala* | Rosa gallica *L.* |
| Rosmarinus *Folia* | Rosmarinus officinalis *L.* |
| Rubia *Radix* | Rubia tinctorum *L.* |
| Ruta *Folia et Summitates* | Ruta graveolens *L.* |
| **S** | |
| Sabadilla *Fructus* | Veratrum Sabadilla *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Sabina *Folia* | Juniperus Sabina *L.* |
| * Saccharum | Saccharum |
| Sagapenum *Gummi-resina* | Ferula? |
| Sal amarus | Sulphas protoxydi Magnesii |
| * Sal ammoniacus | Hydrochloras Ammoniae |
| Sal Glauberi | Sulphas deutoxydi Sodii |
| Sal marinus | Chloruretum Sodii |
| * Sal nitrum | Nitras deutoxydi Potasii |
| Salep *Radix* | Orchis morio *L.* |
| Salicaria *Folia* | Lythrum Salicaria *L.* |
| Salix alba *Cortex* | Salix alba *L.* |
| Salsaparilla *Radix* | Smilax Salsaparilla *L.* |
| Salvia vulgaris *Folia* | Salvia officinalis *L.* |
| Sambucus *Flores et Baccae* | Sambucus nigra *L.* |
| * Sanguis Draconis *Resina* | Calamus Draco, Dracaena Draco *L.* Pterocarpus Draco *Loefling* |
| Saponaria *Folia* | Saponaria officinalis *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Sarcocolla *Concretum peculiare* | Penaea Sarcocolla *L.* |
| Sassafras *Lignum* | Laurus Sassafras *L.* |
| * Scammonium *Gummi-resina* | Convolvulus Scammonia *L.* |
| * Scilla *Bulbus* | Scilla maritima *L.* |
| Scordium *Herba* | Teucrium Scordium *L.* |
| Sedum *Herba* | Sedum acre *L.* |
| * Semen santonicum *Flores nondum expansi una cum seminibus* | Artemisia judaica *L.* |
| * Senna *Folia* | Cassia Senna *L.* |
| Serpentaria virginiana *Radix* | Aristolochia Serpentaria *L.* |
| * Simaruba *Cortex radicis* | Quassia Simaruba *L.* |
| * Sinapis *Semina* | Sinapis nigra *L.* |
| Smilax *Radix* | Smilax aspera *L.* |
| Soda | Salsola Soda *L.* |
| Solanum nigrum *Folia* | Solanum nigrum *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
| --- | --- |
| Spathum ponderosum | Sulphas protoxydi Barii |
| Sperma-ceti | Physeter macrocephalus *L.* |
| Spongia *Zoophytum* | Spongia officinalis *L.* |
| Squinanthum *Herba* | Andropogon Schoenanthus *L.* |
| Stannum | Stannum |
| Staphis-agria *Semina* | Delphinium Staphisagria *L.* |
| Stoechas arabica *Spicae floridae* | Lavandula Stoechas *L.* |
| Stramonium *Herba* | Datura Stramonium *L.* |
| Styrax liquida *Balsamum* | Liquidambar Styraciflua *L.* |
| Styrax officinalis *Balsamum* | Styrax officinalis *L.* |
| Sulphur depuratum *Bitumen* | Sulphur depuratum |
| Syrupus granorum Kermes | Syrupus ex Saccharo et Cocco Ilicis |
| Succinum *Bitumen* | Succinum |

T

| | |
| --- | --- |
| * Tamarindus *Pulpa fructuum* | Tamarindus indica *L.* |
| Tanacetum *Herba et Flores* | Tanacetum vulgare *L.* |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
|---|---|
| Taraxacum *Radix et Folia* | Leontodon Taraxacum *L.* |
| Tartarus crudus | Supratartras deutoxydi Potassii impurus |
| Taxus baccata *Folia* | Taxus baccata *L.* |
| * Terebinthina veneta *Resina liquida* | Pinus Larix *L.* |
| Thea *Folia* | Thea Bohea, Thea viridis *L.* |
| Thus | *Vide* Olibanum |
| * Thymelaea nostras *Cortex* | Daphne Laureola *L.* |
| Tilia *Flores* | Tilia europaea *L.* |
| * Tormentilla *Radix* | Tormentilla erecta *L.* |
| * Tragacantha *Gummi* | Astragalus creticus, Astragalus gummifer *L.* |
| Trifolium fibrinum *Folia* | Menyanthes trifoliata *L.* |
| Triticum *Semen* | Triticum vulgare *L.* |
| Turpethum *Radix* | Convolvulus Turpethum *L.* |
| Tussilago *Flores* | Tussilago Farfara *L.* |
| Tuthia | Deutoxydum Zinci admixtum zinco metallico et terrae |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
| --- | --- |
| **U** | |
| Ulmus | Ulmus campestris *L.* |
| *Cortex* | |
| Uva ursina | Arbutus Uva ursi *L.* |
| *Folia* | |
| **V** | |
| * Valeriana | Valeriana officinalis *L.* |
| *Radix* | |
| Verbascum | Verbascum Thapsus *L.* |
| *Flores* | |
| Verbena Aloysia | Aloysia citriodora *Pers.* |
| *Folia* | |
| Verbena officinalis | Verbena officinalis *L.* |
| *Folia et Summitates* | |
| Vinum creticum | Vinum creticum |
| Vinum malacense | Vinum malacense |
| Vinum nostras | Vinum nostras |
| * Viola | Viola odorata *L.* |
| *Flores et Folia* | |
| Viride aeris | Subacetas deutoxydi Æris Acetate mixtus. |
| Vitis | Vitis vinifera *L.* |
| *Fructus* | |
| Vitriolum album | Sulphas deutoxydi Zinci |
| Vitriolum cupri | Suprasulphas deutoxydi Æris |

| *Nomina officinalia.* | *Nomina systematica.* |
| --- | --- |
|  |  |
| Vitriolum martis | Sulphas protoxydi Ferri |
| Vitrum antimonii | Sulphuretum Antimonii siliciatum |

Z

| | |
| --- | --- |
| Zedoaria *Radix* | Curcuma Zedoaria *Roscoë* |
| Zincum | Zincum |
| Zingiber *Radix* | Zingiber officinale *Ros.* |



# PARS ALTERA

CONTINENS

FORMULAS AC METHODOS

AD

MEDICAMINA OFFICINALIA

CONFICIENDA

## ORDO I.

*Medicamenta simplici tantum mixtione paranda.*

### SECTIO I.

*Species*

* 1. Species *Pectorales* dictae

℞ Capilli Veneris siccati et minutim incisi. . . . . . . . . . . . . . . *Partes sex*
Florum siccatorum Verbasci
Violae
Papaveris rubri - ana *Partem unam.*
Misce. Serva ad usum.

## * 2. Species Amarae

℞. Summitatum siccatarum Chamaepythis, Scordii, Absynthii — *Partes aequales*

Omnia incisa misce, et serva ad usum

## 3. Species *Emollientes* dictae

℞. Foliorum siccatorum Malvae, Mercurialis, Parietariae, Althaeae — *Partes aequales*

Misce, incide, et serva.

## SECTIO II.

### *Rotulae*

## 1. Rotulae cum Althaea

℞. Radicis Althaeae subtiliter pulverisatae. . , . . . . . . . . . . . *Uncias duas*

Sacchari albissimi pulverisati . . *Libram unam*

Radicis Iridis florentinae in subtilem pollinem redactae . . . . *Drachmas duas*

Mucilaginis gummi Tragacanthi - *Quantum satis* ut fiat massa ex qua Rotulae conficiantur.

## 2. Rotulae cum Cathecù

℞. Extracti Cathecù subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Sacchari purissimi pulverisati . . *Libram unam*
Radicis Iridis florentinae subtiliter pulverisatae . . . . . . . . . . *Drachmam unam*
Mucilaginis gummi Tragacanthi - *Quantum satis* ad conficiendas Rotulas

## 3. Rotulae cum Ipecacuanha

℞. Radicis Ipecacuanhae in pulverem redactae . . . . . . . . . . . . . . *Drachmam unam*
Sacchari albissimi pulverisati . . *Uncias sex*
Mucilaginis gummi Tragacanthi aqua Naphae paratae . . . . . *Quantum satis*
ut fiant Rotulae centum quadraginta quatuor, quarum singulae continent dimidiam grani partem Ipecacuanhae.

## 4. Rotulae cum Subcarbonate Magnesiae, vel *Magnesia*

℞. Subcarbonatis Magnesiae in pulverem redacti . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Sacchari albissimi subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Gummi Tragacanthi ope aquae Naphae in mucilaginem conversi - *Quantitatem sufficientem*
ut fiant Rotulae.

## SECTIO III.

### *Massae*

### * 1. Massa *deobstruens* Nosocomii Parmensis

℞. Gummi Ammoniaci subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis*

Pulveris Rhei electi

Saponis Veneti rasi

Acetatis Deutoxydi Potassii, alias *Terrae foliatae tartari* . . . . . ana *Unciam unam*

In mortario marmoreo optime permixtis, adde

Extracti Absynthii . . , . . . . . *Unciam unam et semis*

Fiat massa secundum artem.

*Dosis a semidrachma ad drachmas duas.*

### 2. Massa Mercurialis mollis, hactenus dicta *Pillulae Mercuriales*

℞. Hydrargyri puri . . . . . . . . . *Unciam unam*

Supratartratis Potassae, vulgo *Cremoris tartari*. . . . . . . . . . . *Unciam semis*

Pulveris Scammonii

Radicis Jalappae . . ana *Unciam unam*

Julapii . . . . . . . . , . . . . . . . *Quantitatem sufficientem*

Mercurius cum Supratartrate Potassae et aliquantulo Scammonii et Syrupi perfecte extinguatur. Quo peracto adde residuum Scammonii, Jalapam, et si opus fuerit novam quoque Julapii dosim ut fiat massa.

*Dosis a scrupulo ad semi-drachmam.*

### * 3. Mercurius Gummatus, *seu Massa Mercurialis sicca*

℞. Mercurii puri . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Pulveris Gummi arabici . . . . . *Uncias duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Quantum satis*

In mortario marmoreo omnia permisce usque ad perfectam mercurii extinctionem. Massam exsiccatam in pulverem redige.

*Dosis a scrupulo ad dracmam.*

## SECTIO IV.

### Trochisci.

### 1. Trochisci de Colocynthide, alias Trochisci *Alhandal.*

℞. Pulpae Colocynthidis a seminibus mundatae. . . . . . . . . . *Uncias quinque*
Pulveris Tragacanthi
Gummi arabici
Bdellii . . . singulorum *Drachmas sex*

Colocynthidem, quantum fieri potest, pulverisatam misce cum Tragacantho et Bdellio, et mixtum cum mucagine Gummi arabici in mortario aheneo in pultem redige. Fac ut massa exsiccetur: denuo illam in pulverem converte, et cum residuo mucaginis pastillos, seu Trochiscos effinge.

*Dosis a granis tribus ad duodecim.*

### * 2. Trochisci de Perchlorureto Mercurii, et Deutoxydo Plumbi, seu Trochisci de *Minio*.

℞. Perchlorureti Mercurii, vel *Sublimati corrosivi* . . . . . . . . . . *Drachmam unam*
Deutoxydi Plumbi, vel *Minii* . . *Drachmam semis*
Amyli subtiliter pulverisati . . . *Unciam semis*

Omnia trita commisce, et cum sufficienti quantitate aquae communis stillatitiae in Trochiscos longiusculos redige, sine mora exsiccandos.

*Pro usu externo.*

## SECTIO V.

*Sinapismus et Pasta Epispastica.*

### 1. Sinapismus communis.

℞. Fermenti accerrimi . . . . . . . *Uncias sex*
Seminum Sinapis subtiliter pulverisatorum . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Salis communis . . . . . . . . . . . *Unciam semis*

Aceti optimi. . . . . . . . . . . . . . *Quantum satis*
ut fiat Sinapismus.
*Usus externus.*

## 2. Pasta Epispastica

℞. Pulveris Cantharidum. . . . . . *Unciam semis*
Fermenti acerrimi. . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aceti optimi . . . . . . . . . . . . . *Quantitatem sufficientem*,
ut fiat pasta pro duobus vesicatoriis.

## * 3. Spongia praeparata

℞. Spongias sublitissimae texturae in aqua fontis lotas, funiculis adhuc humidas arctissime constringe, et sicco in loco ad usum serva.

# ORDO II.

## *Medicamenta mixtione et calorico elaboranda.*

## SECTIO I.

### TABELLAE ET TRAGEMATA

### 1. Tabellae Saccharo et Manna confectae

℞. Sacchari albissimi. . . . . . . . *Libram unam*
Mannae in cannulas conformatae *Uncias tres*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Quantum satis*

Saccharum et mannam, seorsim soluta et clarificata, ad necessariam spissitudinem coque; liquores inspissatos commisce una cum
Aquae florum Aurantii . . . . . *Drachmis duabus;*
supra lapidem dein projice, et in tabellas divide.

### 2. Pasta mollis Gummi arabici, vulgo *Pasta de Guimauve*

℞. Pulveris Gummi arabici
Sacchari conici subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . . ana *Libras duas*
solve in aquae fontis. . . . . . . *Libris quinque*

Solutionem per linteum cola, et balneo maris evapora ad mellis consistentiam; cui adde

Spumam albuminis *Octo* ovorum recentium
Aquae florum Aurantii . . . . . *Drachmas sex*

Inspissetur semper agitando, donec massa nec spathulae nec manibus adhaereat. Supra lapidem amylo conspersum in quadrata satis ampla redige ad conficiendas data occasione tabellas.

## 3. Tragemata Rhabarbari

℞. Granulorum ex saccharo et amylo paratorum . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Sacchari albi . . . . . . . . . . . *Libras sex*
Amyli subtiliter pulverisati . . . *Libram unam*
Pulveris Rhei . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae fontis . . . . . . . . . . . *Quantum satis.*

Saccharo in Julapium debitae consistentiae converso, perge ad conficienda Tragemata.

Eodem modo parantur

Tragemata Seminis Santonici;
Radicis Jalapae.

## 4. Rotulae cocolatae cum Jalapa

℞. Resinae Jalapae subtiliter pulverisatae
Pulveris Sacchari albissimi. . . . ana *Scrupulos quatuor*
Cocolatae communis . . . . . . . *Libram unam*

Misce ut artis est, et fiant Rotulae nonaginta sex, quarum singulae granum resinae Jalapae continent.

## SECTIO II.

### *Conservae*

### 1. Conserva petalorum rosae rubrae

℞. Petalorum rosae rubrae, demptis unguibus, subtiliter pulverisatorum . . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis*
Aquae rosarum . . . . . . . . . *Uncias sex*
Fiat infusio balneo maris per sex horas, cui adde
Sacchari conici subtiliter pulverisati . . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Succi limonis . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Misce, et in eodem balneo fiat Conserva.

### * 2. Conserva Cornorum

℞. Pulpae fructuum Corni masculae lege artis extractae . . . . . *Libram unam*
Sacchari albi . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Acidi sulphurici diluti . . . . . . *Drachmam unam*
Misce et secundum artem fac Conservam.

## SECTIO III.

*Confectiones*

### I. Confectio Alkermes

℞. Pulveris corticis Lauri Cassiae,
vel *Cassiae ligneae* . . *Unciam semis*
Rosarum rubrarum exungulatarum . . . . . . . *Drachmas tres*
Cinnamomi acuti . . . . *Unciam unam*
Coccinellae. . . . . . . . . *Drachmam unam*
Syrupi Kermesini . . . . . . . . . *Libram unam*

Syrupo balneo maris calefacto atque per pannum laneum trajecto adde pulveres supradictos, et miscendo Confectionem para.

## SECTIO IV.

*Electuaria*

### * I. Electuarium Cassiae, vulgo *Conserva*

℞. Pulpae Cassiae secundum artem
extractae. . . . . . . . . *Libras duas*
Tamarindorum. . . . . . *Uncias sex*
Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras tres*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Quantum satis*

Coque Saccharum in syrupum, cui balneo maris Pulpas admisce. Electuarium frigefactum insperge

Pulveris Cinnamomi . . . . . . . *Uncia una*

Misce, et ad usum serva.

### * 2. Electuarium *Lenitivum*

℞. Pulpae Cassiae recenter paratae
Tamarindorum . . . . . ana *Libram unam*
Pulveris foliorum Sennae . . . . . *Uncias duas et semis*
Syrupi simplicis . . . . . . . . . . *Uncias triginta*

Misce, et balneo maris evapora ad necessariam spissitudinem.

## SECTIO V.

### *Cataplasmata*

### 1. Cataplasma e Panis medulla

℞. Medullae Panis triticei rasae. . *Libram unam*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Quantitatem sufficientem*

In sartagine coque ad *Libras tres.*

### 2. Cataplasma *Emolliens*

℞. Farinae Fabarum . . . . . . . . *Libram unam*
Decocti radicis Althaeae. . . . . *Quantum satis*

Fiat coquendo Cataplasma molle; cui adde

Pulveris radicis Althaeae, . . . . *Uncias tres*

Misce.

# ORDO III.

## *Olea, Adipes, atque Medicamenta oleo aut adipibus, cum oxydis metallicis vel absque, componenda.*

## SECTIO I.

### *Olea per expressionem educta*

### 1. Oleum seminum Ricini

℞. Seminum Ricini demptis tegminibus . . . . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Absque contusione praelo submittantur ad lentam Olei expressionem.

*Dosis a semiuncia ad uncias duas.*

### 2. Oleum Amygdalarum dulcium

℞. Amygdalarum dulcium contusarum . . . . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Sub praelo Oleum exprime, et filtra.

### 3. Oleum concretum Seminum Theobromae Cacao, vulgo *Butyrum* Cacao

℞. Seminum Cacao. . . . . . . . . . *Quantum vis*

Leviter torrefacta, mundata, ac lapide calido Semina levigata, infundantur in Aquae communis *Sextupla quantitate*, et ebulliant donec Oleum separetur.

## SECTIO II.

### *Olea per impressionem parata*

#### 1. Oleum cum Ruta graveolenti

℞. Foliorum Rutae recentium contusorum. . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Olei olivarum . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Fiat infusio calida balneo maris per tres dies, et cum expressione Oleum extrahe: postea idem a faecibus secerne, et serva.

Simili modo parari possunt

Olea cum Floribus Chamomillae
cum Floribus Rosarum
cum Absynthio
cum Summitatibus Hyperici.

## SECTIO III.

### *Unguenta*

#### * 1. Unguentum Rosatum simplex

℞. Adipis porcini depurati. . . . . *Libras tres*
Sebi bovini . . . . . . . . . . . . *Libram unam*

In vase fictili vitriato lento igne utrumque simul liqua.

Mixturae adhuc tepenti commisce
Aquae rosarum . . . . . . . . . . *Libras quatuor*
cum pistillo ligneo quandoque agita per tres dies; tandem aquam ejice, et Unguentum repone.

## 2. Unguentum Rosatum malvinum

℞. Unguenti Rosati simplicis . . . *Libras tres*
Foliorum Malvae recentium
Solani nigri . . . . ana *Uncias sex*

Folia contunde, et Unguento supradicto leni calore liquefacto immisce; post triduum exprime, et frigefactum, cum spathula Unguentum ab humore et a faecibus secerne.

## * 3. Unguentum *Digestivum*

℞. Olei olivarum
Terebinthinae. . . . . . . . . ana *Libram unam*
Cerae albae . . . . . . . . . . . . *Uncias octo*

Omnia simul liqua, et frigefacta repone.

## 4. Unguentum *Catharticum*

℞. Aloës subtiliter pulverisatae . . *Uncias duas*
Adipis porcini depurati. . . . . . *Libram unam*
Cerae albae . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*

Ceram cum Adipe moderato igne funde, quibus Aloëm iteratis vicibus cum agitatione admisce.

*Dosis a drachmis duabus ad semiunciam.*

## 5. Unguentum cum Resinis

℞. Olei olivarum
Terebinthinae
Resinae Pini . . . . . . . . . . . . ana *Uncias tres*
Cerae flavae . . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*

Cera et Resina Pini in Oleo ignis ope solutis et percolatis, ultimo Terebinthinam affunde, ut fiat Unguentum.

## 6. Unguentum cum Staphis-agria

℞. Mercurii puri . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Terebinthinae
Olei Laurini . . . . . . . . . ana *Uncias duas*
Adipis suilli depurati. . . . . . . *Libras tres*
Seminum Delphinii Staphisagriae
subtiliter pulverisatorum . . *Uncias sex*

Mercurio cum Terebinthina perfecte extincto, adde Oleum Laurinum, Adipem et pulverem Staphisagriae, et lege artis fac Unguentum.

## 7. Unguentum Epispasticum ex Daphne Laureola, loco Thymelaeae

℞. Corticis Laureolae recentis minutim secti
Adipis porcini depurati . . . . . . ana *Libras duas*
Cerae flavae. . . . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*

Corticem Laureolae pauxillo aquae conspersum in mortario marmoreo contunde. In vase fictili vitriato, ignis ope, Adipi cum Cera fuso Corticem su-

pradictum adjunge. Infusum totum cineribus calidis superimpositum per biduum detine. Cola cum expressione, et Unguentum frigefactum a sedimine cum spathula secerne.

## 8. Unguentum vel Pomata *Ophthalmica*

℞. Unguenti Rosati simplicis . . . *Drachmas sex*
Tuthiae praeparatae
Boli orientalis praeparati . . ana *Grana novem*
Chlorureti Mercurii praecipitatione parati, vel *Praecipitati albi*. . . *Grana quatuor*
Misce in mortario vitreo.

## * 9. Unguentum Mercuriale simplex.

℞. Adipis suilli depurati. . . . . . *Uncias novem*
Sebi bovini depurati . . . . . . . *Uncias tres*
Terebinthinae . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Mercurii . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuordecim.*

In mortario marmoreo Mercurium ac Terebinthinam pone, et pistillo ligneo simul agita donec Mercurius fere inconspicuus reddatur. Adipem et Sebum antea liquata, et frigefacta, paulatim miscendo adde, et in agitatione perge donec in Unguento globuli metallici, etiam lente inspecto, non amplius appareant.

## 10. Unguentum Mercuriale rubrum, vulgo *Placentinum*

℞. Olei olivarum . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Cerae albae. . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis*
Deutoxydi Mercurii, vulgo *Praecipitati rubri*. . . . . . . . . . . *Drachmas sex*
Deutoxydi Plumbi, sive *Minii*. . *Uncias duas*

Cerae Oleo solutae Deutoxyda Mercurii et Plumbi, in subtilem pulverem prius redacta, assidue agitando commisce, donec in Unguentum consistant.

## * 11. Unguentum cum Subcarbonate Protoxydi Plumbi, vel *Cerussa*

℞. Olei olivarum . . . . . . . . . . *Libram unam*
Cerae albae . . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
*Cerussae* pulverisatae . . . . . . . *Uncias sex*

*Cerussam* in mortario marmoreo unciis tribus Olei contere, donec intima et perfecta commixtio obtineatur. Ceram vero altera Olei parte lento igne funde, et *Cerussae* jam paratae admisce.

Si loco *Cerussae* Deutoxydum Plumbi vel *Minium* adhibueris, Unguentum cum *Minio* habebis.

## 12. Unguentum ad Scabiem cum Perchlorureto Mercurii.

℞. Perchlorureti Mercurii, vulgo *Sublimati corrosivi*
Subcarbonatis Protoxydi Plumbi, vel *Cerussae* . . . . . . . . . . . ana *Uncias duas*

In mortario vitreo in subtilissimum pulverem redige. Postea cum Axungiae porcinae depuratae *Libris quatuor* frigide simul agita in vase terreo vitriato cum ligneo pistillo, ut fiat Unguentum.

*Dosis a drachma ad sesquidrachmam.*

## 13. Unguentum ad Scabiem cum Sulphure sublimato

℞. Sulphuris sublimati, vulgo *Florum sulphuris*, subtiliter pulverisati
Chlorureti Sodii exsiccati, vel *Salis marini decrepitati*, pulverisati . . . . . . . . . . . . . . . . ana *Uncias octo*
Axungiae suillae depuratae . . . *Libras tres*
Sebi bovini depurati . . . , . . . *Libram unam*

Axungiam cum Sebo leni calore funde, et frigefactis in mortario marmoreo cum agitatione adde Flores sulphuris et Salem; demum admisce
Olei aromatici Lavendulae. . . . *Semiunciam.*

## * 14. Unguentum Oxygenatum ex acido nitrico, seu Pomata Oxygenata

℞. Axungiae suillae depuratae . . *Uncias octo*
Acidi nitrici graduum triginta sex. *Unciam unam*

Axungiam in vas fictile vitriatum immitte, cui moderatum ignem suppone. Axungiae liquatae sensim Acidum nitricum affunde, et cum bacillo vitreo identidem agita donec aëreae bullae apparere cessent.

## SECTIO IV.

### *Emplastra*

### 1. Emplastrum cum Cicuta compositum

℞. Resinae Pini . . . . . . . . . . . . *Uncias viginti*
Cerae flavae . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Olei olivarum
Terebinthinae . . . . . . . . . ana *Uncias duas*
Liquata simul lento igne cola; postea adde
Pulveris foliorum Cicutae . . . . *Uncias quatuor*
Gummi - resinae Ammoniaci . . . . . . . . . . *Uncias octo*

Pistillo ligneo agita donec Emplastrum fere frigescat, ut tabellae conficiantur.

### 2. Emplastrum cum Meliloto

℞. Pulveris Summitatum floridarum Meliloti . . . . . . . *Uncias sex*
Gummi - resinae Ammoniaci . . . . . . . . . *Uncias duas*
Terebinthinae . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Cerae flavae . . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Sebi bovini . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis*
Olei olivarum . . . . . . . . . . . . *Libram unam*

Terebinthinam cum Cera Sebo et Oleo leni calorico funde, dein agitando adde pulveres Meliloti et Gummi-resinae Ammoniaci, et repone.

## * 3 Emplastrum Cantharidatum, vel Emplastrum Epispasticum cum duplici dosi Cantharidum.

℞. Cerae flavae
Colophoniae
Terebinthinae . . . . . . . . . . . . ana *Uncias quatuor*
Olei olivarum . . . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Liquefactis admisce
Cantharidum ruditer pulverisatarum . . . . . . . . . . . . . . . *Uncias octo.*
In cylindros efforma.

## * 4. Emplastrum cum Subcarbonate Protoxydi Plumbi, vel *Cerussa*

℞. *Cerussae* subtiliter pulverisatae *Libras duas*
Protoxydi Plumbi fusi, vel *Lithargyrii*, pulverisati . . . . . *Libram unam*
Olei olivarum . . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Quantum satis*
Lege artis fac Emplastrum.

## * 5. Emplastrum Simplex ex Protoxydo Plumbi fuso, seu Emplastrum Diachylum simplex

℞. Protoxydi Plumbi fusi, sive *Lithargyrii* . . . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Olei olivarum . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*
Aceti stillati . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Aquae communis . . . . . . . . . *Sufficientem quantitatem.*

Lithargyrium cum Aceto ebulliat per horae quadrantem. Postea adde Oleum, et effundendo per vices Aquam fac secundum artem Emplastrum.

## * 6. Emplastrum *Emolliens* loco Emplastri de Althaea

℞. Emplastri Diachyli simplicis
Olei olivarum . . . . . utriusque *Libram unam*
Cerae albae . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Sebi bovini . . . . . . . . . . . . . *Uncias octo.*

Blando igne simul liqua, in tabellas effinge, et ad usum serva.

## * 7. Emplastrum Adhaerens

℞. Emplastri Diachyli simplicis. . *Uncias quatuor*
Picis burgundicae in pulverem redactae . . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam.*

Emplastrum moderato igni subjice, et liquato Picem adde, qua soluta et probe commixta, massam supra lapidem in magdaleones tandem conforma.

## * 8. Emplastrum cum Gummi-resinis seu Diachylum gummatum

℞. Gummi- resinae Ammoniaci
— Galbani . . . . ana *Unciam unam et semis*
Terebinthinae . . . . . . . . . . . *Drachmas duas*
Emplastri simplicis . . . . . . . . *Libras tres.*

Gummi-resinas ruditer pulverisatas cum Terebinthina lento igne liqua, et liquatis, pariter fundendo, Emplastrum admisce.

## * 9. Emplastrum cum duplici dosi Hydrargyri, vel Emplastrum Mercuriale

℞. Hydrargyri. . . . . . . . . . . . *Uncias novem*
Terebinthinae
Axungiae suillae depuratae. ana *Uncias duas*

Cum Terebinthina in mortario marmoreo pistilli lignei ope Hydrargyrum perfecte divide; postea Axungiam addendo commisce exacte. Tum in vase ferreo liquentur

Emplastri simplicis . . . . . . . . *Librae quatuor*

Emplastro liquato per vices adde Unguentum mercuriale jam paratum, et diligenter simul agita donec mixtio rite absolvatur.

## Sericum Glutinans
## vulgo *Taffetà d' Inghilterra*

℞. Ichthyocollae minutim sectae. . *Uncias duas*
Aquae communis tepentis . . . . *Libras duas et semis*

Macera per horas duodecim. Postea ebulliat donec completa solutio habeatur. Per linteum cola, et adhuc tepenti solutione *Telam Sericeam* probe tensam penicillo obducito. Primo Ichthyocollae tegmento leni tepore exsiccato, operationem eamdem ter repete; dein *Tinctura Balsami Tolutani*, alcohole confecta, telam illinito. Postremo Sericum siccatum eodem modo Ichthyocollae solutione denuo contege.

---

# ORDO IV.

*Praeparationes*
*variis liquidis absque distillatione peragendae*

## SECTIO I.

### *Emulsiones*

#### 1. Emulsio Communis

℞. Seminum Melonum contusorum. *Unciam unam*
Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Unciam semis*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libram*
Fiat Emulsio.

#### 2. Emulsio Amara

℞. Seminum Melonum contusorum
Citri . . . . . . . ana *Unciam semis*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libram*
Fiat Emulsio.

### 3. Emulsio Gummata

℞. Amygdalarum dulcium decorticatarum
Sacchari albi . . . . . . . . . . ana *Drachmas duas*
Gummi arabici subtiliter pulverisati
Olei ex Amygdalis dulcibus . . . ana *Unciam semis*
Aquae communis . . . . . . . . . *Semilibram*

Amygdalis contusis Saccharo et Gummi commixtis, paulatim Oleum adde, dein Aquam, et in Emulsionem converte.

## SECTIO II.

---

*Infusa*

### 1. Infusum Sennae cum Manna vulgo *Potio Angelica*

℞. Foliorum Sennae . . . . . . . . *Drachmas tres*
Mannae selectae. . . . . . . . . . *Uncias tres*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Uncias septem*

Fiat infusio Foliorum Sennae per horam, et postea Mannam lento igne dissolve; tandem cum Ovi albumine solutionem clarifica, cui adde
Succi limonis . . . . . . . . . . . *Unciam semis.*

## SECTIO III.

*Liquores cum Aqua eliciti*

### 1. Aqua Picea, vulgo Aqua *Taedae*

℞. Picis navalis . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Aquae pluvialis . . . . . . . . . . *Libras viginti*

In vase fictili supra cineres calidos fiat infusio per diem, quandoque agitando; filtra.

## SECTIO IV.

*Solutiones Vino aut Sicera conficiendae*

### * 1. Vinum Antimoniatum sive *Emeticum*

℞. Vini malacensis . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Tartratis Potassae et Antimonii,
vel *Tartari emetici* . . . . . . . *Grana duodecim*
Misce.

*Dosis a dimidio scrupulo ad drachmas tres intra diei spatium.*

### 2. Vinum Scilliticum

℞. Squammarum Scillae exsiccatarum et contusarum . . . . . *Unciam semis*
Vini malacensis . . . . . . . . . . *Uncias octo*

In phiala vitrea fiat infusio per triduum; cola et filtra.

*Dosis a drachma ad semiunciam.*

## 3. Vinum *Antiscorbuticum*

℞. Radicum recentium Raphani rusticani minutim incisarum . . *Uncias quindecim*
Foliorum recentium Cochleariae
Sysimbrii aquatici
Seminum Sinapis contusorum . . ana *Uncias sex*
Hydrochloratis Ammoniae, vel *Salis ammoniaci*, pulverisati . . *Uncias tres*
Vini albi generosi. . . . . . . . . . *Libras triginta.*

Folia Cochleariae et Sysimbrii leviter contusa una cum caeteris in Vinum infunde. Digere per triduum, cola, filtra, et in loco frigidiusculo repone.

## 4. Vinum cum Ferro, sive *Tinctura* Ferri vinosa Boerhaavii

℞. Limaturae Ferri recentis purissimae . . . . . . . . . . . , . . *Uncias duas*
Vini malvatici optimi . . . . . . . *Libras duas*

Digere per sex dies et filtra.

*Dosis a drachma ad tres.*

## * 5. Vinum cum Rhabarbaro seu *Tinctura* Rhei vinosa Pharmacopoeae Londinensis

℞. Rhabarbari incisi . . . . . . *Uncias duas et semis*
Seminum Cardamomi minoris contusorum, demptis capsulis . . . *Unciam dimidiam*
Croci orientalis . . . . . . . . . . *Drachmas duas*
Vini malacensis . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Alcoholis graduum decem octo . *Uncias octo.*

Digere per decem dies et cola.

*Dosis a drachmis duabus ad semiunciam.*

## 6. Vinum cum Alcohole Opiatum, vel *Tinctura* Thebaica Marabelli

℞. Opii contusi . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Alcoholis graduum viginti . . . . *Uncias quatuor*
Vini albi generosi. . . . . . . . . . *Libram unam*

Digere in loco modice calido per dies quinque; tandem filtra et serva.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum.*

## 7. Vinum cum Opio compositum, seu Laudanum liquidum Sydenhamii

℞. Opii comminuti . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Croci . . . . . . . . . . , . . . . . . . *Unciam unam*
Cinnamomi contusi
Caryophyllorum contusorum. ana *Drachmam unam*
Vini malvatici optimi . . . . . . *Libram unam*

Crocum, Cinnamomum, Caryophyllos in Vinum malvaticum infunde, et per dies octo infusionem protrahe. Tincturam cola cum expressione. In mortario aheneo, cum aqua fervida calefacto, Opium contunde, sensim addendo Tincturam vinosam obtentam, ut maxima Opii pars dissolvatur. Per conum lineum liquorem trajice, et repone.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum.*

## 8. *Tinctura* ex Ferro pomata

℞. Succi e malis expressi . . . . . *Libras octo*
Ferri in scobem redacti . . . . . *Libram unam*

Fiat infusio per duos menses saepe agitando. Liquorem decanta, et in vase fictili vitriato evapora usque ad medietatem. Postea filtra, et unicuique liquoris librae adde

Alcoholis graduum viginti . . . . *Unciam unam.*

*Dosis a drachma ad tres.*

## SECTIO V.

### *Solutiones Aceto componendae*

## 1. Acetum Scilliticum

℞. Squammarum Scillae exsiccatarum . . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Aceti albi . . . . . . . . . . . . . . *Libras tres*

In phiala vitrea digere per dies quindecim indentidem agitando; cola, et liquorem per chartam trajice.

Paratur tantum ad *Oxymel Scilliticum* componendum.

## 2. Acetum Aromaticum, vulgo *quatuor Latronum*

℞. Summitatum Absynthii siccatarum . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Rosmarini
Salviae officinalis
Menthae crispae
Rutae graveolentis
Florum Lavendulae siccatorum . ana *Uncias duas*
Bulborum Allii
Radicis Calami aromatici
Cinnamomi
Caryophyllorum
Nucis moschatae . . . . . . . . . . ana *Drachmas duas*
Aceti albi optimi . . . . . . . . . *Libras decem*

Omnia ea qua decet ratione praeparata macerentur in phiala vitrea per quindecim dies; cola, valide exprime, per chartam trajice, et adde

Camphorae in Alcoholis sufficienti quantitate solutae . . . . . . *Unciam semis.*

Serva in vase rite obturato.

## SECTIO VI.

### *Solutiones Alcohole parandae, seu Tincturae Alcoholicae*

### 1. Alcohol Citratus, vulgo *Aqua corticum Citri spirituosa*

℞. Alcoholis graduum viginti . . . *Libras tres*
Olei aromatici corticum Citri . . *Scrupula duo*
Misce.

### 2. Alcohol cum Absynthio, vel *Tinctura* Absynthii

℞. Foliorum Absynthii siccatorum. *Uncias duas*
Alcoholis graduum viginti . . . . *Libram unam*
Macera per sex dies, filtra et serva.

Simili modo parari possunt

*Tincturae* Cinchonae officinalis
Radicum Valerianae
Gentianae.

### * 3. Alcohol Camphoratus

℞. Alcoholis graduum viginti quatuor . . . . . . . . . . . . . . *Libram*
Camphorae. . . . . . . . . . . . . *Unciam semis*
Misce et dissolve.

## 4. Alcohol Aloëticus, sive *Tinctura* Aloës

℞. Aloës ruditer pulverisati . . . . *Uncias duas*
Alcoholis graduum viginti octo . *Libram unam*
Digere per sex dies; liquorem filtra et repone.
*Dosis a drachma ad duas.*

Eodem modo confici possunt

*Tincturae* Assae foetidae
Castorei
Croci
Mirrhae
Resinae Guajaci.

## 5. Alcohol cum Sapone, vulgo *Spiritus Saponis*

℞. Saponis Veneti rasi. . . . . . . *Uncias sex*
Subcarbonatis potassae, vel *Salis tartari puri*. . . . . . . . . . . *Drachmam unam*
Alcoholis graduum viginti . . . . . *Libram unam et semis*
Aquae stillatitiae. . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Misce, dissolve secundum artem, et filtra.

## 6. Alcohol cum Lacca, sive *Tinctura* Laccae alcoholica

℞. Resinae Laccae graniformis pulverisatae . . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Alcoholis cum Cochlearia . . . . *Uncias octo*
In phiala vitrea digere per sex dies, postea filtra et serva.

## 7. Alcohol Cantharidatus, sive *Tinctura* Cantharidum

℞. Cantharidum contusarum . . . *Unciam unam*
Alcoholis graduum viginti . . . . *Libram unam*

Fiat infusio per sex dies, dein filtra, et repone.

*Dosis, pro usu interno a tribus ad decem guttas in convenienti vehiculo;*
*pro usu externo a semidrachma ad drachmam.*

## 8. Alcohol cum Balsamis et Resinis, vel *Tinctura Balsamica*, vulgo *Balsamum Innocentianum*

℞. Summitatum siccatarum Hyperici
cum fructibus . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Alcoholis graduum triginta sex . *Libras duas et semis*

Extrahe tincturam per infusionem sex horarum lento igne paratam, et cola cum expressione.

Liquori obtento triturata addantur
Benzoini . . . . . . . . . . . . . . *Unciae tres*
Styracis . . . . . . . . . . . . . . *Unciae duae*
Balsami Tolutani . . . . . . . . . *Uncia una*
Thuris . . . . . . . . . . . . . . . *Semiuncia*
Myrrhae
Aloës succotrinae
Radicum Angelicae . . . . . . . . ana *Semiuncia*

Digere per dies viginti; liquorem decanta, et per conum lineum trajice.

# ORDO V.

## *Medicamenta ex Solutis inspissatis*

## SECTIO I.

### *Syrupi ex Saccharo*

### * 1. Syrupus simplex, vel Julapium

℞. Sacchari albi . . . . . . . . . . *Libras sex*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras quatuor*
Cum albumine Ovi clarifica, per pannum laneum cola et in Syrupum redige.

### 2. Syrupus Citri

℞. Syrupi simplicis. . . . . . . . . *Libras duas*
*Aromatisa* cum Elaeo-saccharo composito
Olei aromatici corticum Citri . . *Scrupulo uno*
Sacchari conici subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . . *Semiuncia.*

### * 3. Syrupus *Cordialis*

℞. Vini malvatici. . . . . . . . . . *Libras duas*
Sacchari conici in pulverem redacti . . . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*
Fiat vase clauso in balneo maris Syrupus, cui adde
Aquae Cinnamomi simplicis . . . *Unciam unam et semis.*

## 4. Syrupus cum Aceto

℞. Aceti albi optimi . . . . . . . . *Libras duas*
Sacchari conici pulverisati . . . . *Libras quatuor.*

Solve lenissimo calorico in vase terreo vitriato balneo maris superimposito.

Eodem modo parantur, praevia tamen Succorum defaecatione

Syrupi cum Succo Limonum
Omphacii, vulgo *Agresti.*

## 5. Syrupus Balsami Tolutani, seu Syrupus *Balsamicus*

℞. Balsami Tolutani contusi. . . . *Uncias duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Uncias decem*

In phiala vitrea negligenter obturata balneo maris fiat infusio per horas duodecim, identidem agitando. Filtra et liquori elicito adde

Sacchari conici pulverisati . . . . *Libram unam et semis*

Blando tepore fac ut Saccharum liquescat.

## 6. Syrupus Absynthii

℞. Summitatum Absynthii exsiccatarum . . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Infunde in Aquae ebullientis . . *Libris quatuor*
post quadrantem cola, et exprime;
In colatura dissolve
Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Clarifica et fac Syrupum.

Eadem methodo paratur
Syrupus Capilli Veneris.

## 7. Syrupus florum Persicae

℞. Florum Amygdali Persicae recentium
Sacchari albi . . . . . . . . . . . ana *Libras quatuor*

In mortario marmoreo Flores leviter contunde, et in balneo maris eosdem detine usquedum succus limpidus exeat. Praelo exprime, succum filtra, et admisce

Sacchari pulverisati *duplam* ejusdem succi *Quantitatem.*

Quod post expressionem remanet, infunde in Aquae communis ferventis *Libris duabus.* Liquorem frigefactum cum expressione cola, cum residuo Saccharo clarifica, et coque in Syrupum, primo Syrupo copulandum.

## 8. Syrupus petalorum Violae

℞. Petalorum Violae recentium
Aquae ferventis . . . . . . . . . . *Partes aequales*

In cucurbita stannea operculo munita fiat infusio per tres horas, cola cum expressione, et faecibus ad fundum vasis delapsis, liquorem limpidum decanta, in quo dissolve

Sacchari conici pulverisati *duplam* illius ponderis *Quantitatem.*

Balneo maris fiat Syrupus.

Simili modo conficitur

Syrupus petalorum Rosae rubrae.

## 9. Syrupus Rosarum pallidarum, vel Syrupus rosatus *solutivus*

℞. Succi defaecati Rosarum pallidarum

Sacchari pulverisati. . . . . . . . *Partes aequales*

Clarifica, et coque in Syrupum.

## * 10. Syrupus capsularum Papaveris albi

℞. Capsularum Papaveris albi exsiccatarum, demptis seminibus. *Uncias quatuor*

Aquae communis . . . . . . . . . *Libras sex*

Capsulas contusas infunde, et brevi decoctioni subjice. Dein cola, et exprime. In colatura dissolve

Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Clarifica, et lege artis fac Syrupum.

## 11. Syrupus baccarum Myrti

℞. Baccarum Myrti siccatarum . . *Uncias octo*

Aquae ferventis . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Fiat infusio; post horae quadrantem cola et exprime. Colaturae adde

Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras quatuor*

Clarifica, et in Syrupum redige.

## 12. Syrupus Chinae, vel Cinchonae Condamineae

℞. Chinae Chinae crassiuscule pulverisatae . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Alcoholis graduum triginta . . . *Libram unam*
Vini malvatici. . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Chinam in lagenam vitream immitte, cui Alcoholem super affunde; lento igne admoto digere per diem; dein Vinum adde, et per biduum digestionem protrahe; postea cum expressione cola; liquorem filtra, et balnei maris ope solvendo adde
Sacchari conici pulverisati . . . . *Libras tres*

Spumas secerne; in Syrupum evapora, et frigefactum in vase probe clauso serva.

## 13. Syrupus radicum Apii vulgo *Aperitivus*

℞. Corticis radicum Apii graveolentis exsiccati. . . . . . . . . *Uncias tres*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras sex*

Fiat decoctio, et in colatura dissolve
Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras quinque*

Clarifica et fac Syrupum.

## * 14. Syrupus Ipecacuanhae

℞. Radicis Ipecacuanhae contusae. *Unciam unam*
Aquae fontis ferventis . . . . . . *Uncias quatuor-decim*

In vase cooperto per horas sex fiat infusio calida; cola, liquorem elicitum filtra, cui adde
Sacchari albi. . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Et fac Syrupum.

Hujusce Syrupi uncia continet Ipecacuanhae grana sexdecim, quae respondent granis duobus, et tribus ex quatuor grani partibus *Emetinae*.

## 15. Syrupus radicum Althaeae

℞. Radicis Althaeae incisae, et siccatae . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Sacchari albi
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . ana *Libras quatuor*

Fiat levis ebullitio radicum Althaeae. Cola illico decoctum, in quo Saccharum dissolve: tandem clarifica, et coque ad Syrupi consistentiam.

## *16. Syrupus Cichorii et Rhabarbari

℞. Corticis radicum Cichorii exsiccati
Rhabarbari minutim secti. . . ana *Uncias quatuor*
Subcarbonatis potassae . . . . . . *Drachmam semis*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras octo*
Sacchari albi . . . . . . . . . . . . *Libras sex*

Fiat decoctio radicum Cichorii per horae quadrantem, cum expressione cola, et in dimidium ejusdem colaturae adhuc tepentis Rhabarbarum cum Subcarbonate Potassae per trihorium infunde; cola et exprime. In altera vero decocti parte denuo Rhabarbari infusionem, et colaturam repete; colaturas misce in quibus cum clarificatione Saccharum dissolve, et in Syrupum redige.

## SECTIO II.

### *Mellita*

### * 1. Syrupus Mellis, sive Mel depuratum simplex.

℞. Mellis nostratis . . . . . . . . . *Libras duodecim*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras sex*
Carbonatis calcis in pulverem redacti . . . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Carbonis ex vegetabilibus parati et pulverisati . . . . . . . . . . *Uncias duas*

Mel, et Carbonas calcis cum Aqua ebulliant in vase cupreo stanno rite obducto; identidem agita; despuma; postea carbonem adde. Bulliant paulisper; per pannum liquorem trajice; denuo igni impone; *duobus* Ovorum albuminibus clarifica; tandem per pannum iterum cola, et fac Syrupum.

## * 2. Mel Rosatum simplex

℞. Syrupi Mellis . . . . . . . . . . . *Libras sex*
Succi defaecati Rosarum pallidarum . . . . . . . . . . . . . . . *Uncias decem octo*
Lento igne evapora ad Syrupi consistentiam.

## * 3. Mel Rosatum *solutivum*

℞. Syrupi Mellis . . . . . . . . . . *Libras sex*
Succi defaecati Rosarum pallidarum *Libras tres*
Lento igne in Syrupum redige.

Simili methodo paratur

Mel Violatum *solutivum.*

## * 4. Oxymel simplex

℞. Syrupi Mellis . . . . . . . . . . . *Libras sex*
Aceti albi optimi . . . . . . . . . . *Libras tres*
In vase terreo vitriato, balneo maris imposito, evapora ad Syrupi densitatem.

## * 5. Oxymel Scilliticum

℞. Syrupi Mellis . . . . . . . . . . . *Libras tres*
Aceti Scillitici . . . . . . . . . . . *Libram unam et semis.*

In vase faventino balnei maris ope in Syrupum redige.

*Dosis a drachma ad unciam.*

## SECTIO III.

### *Gelatinae*

### 1. Gelatina Hordei germanici, vulgo *Cremor* Hordei

℞. Farinae Hordei germanici . . . *Unciam unam*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Coque secundum artem, donec fiat Gelatina.

### 2. Gelatina ex Salep

℞. Salep rite parati et ruditer contusi . . . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras sex*

Bulliant usque ad libras duas; cola, et lento igne ad Gelatinae consistentiam evapora, scilicet ad remanentiam *Librae unius;* cui adde miscendo
Sacchari conici subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae Cinnamomi simplicis . . . *Drachmas quatuor.*

### 3. Gelatina e Pane

℞. Panis triticei biscocti. . . . . . *Uncias sex*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras decem*

Ebulliant per horam; postea cola, et liquorem depromptum ad remanentiam *Unciarum novem* evapora; cui adde

Vini hispanici . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae Cinnamomi simplicis . . . *Drachmas duas*
Succi Limonis recenter expressi . . *Unciam semis*
Sacchari conici subtiliter pulverisati . . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis.*

Misce secundum artem.

## SECTIO IV.

### *Extracta*

### * 1. Extractum baccarum Sambuci vel *Rob* Sambucinum

℞. Succi expressi e baccis Sambuci . . . . . . . . . . . . . . *Quantum vis*

Sub lenta ignis actione despuma; per pannum cola, et balneo maris in vase fictili vitriato ad Extracti mollis spissitudinem redige.

### 2. Fel Bovinum inspissatum

℞. Fellis Bovini recentis. . . . . . *Libras duas*

In vase fictili vitriato positum igni subjice; spumas secerne, postea cola, et in balneo maris ad

Extracti consistentiam evapora. Tandem solis vi, aut in hypocausto exsicca.

## * 3. Extractum Absynthii

℞. Summitatum Absynthii siccatarum . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Aquae fontis ferventis . . . . . . *Libras duodecim*

Infunde per sex horas; cola, et valide exprime. Liquorem obtentum decanta, et evapora ad libras quatuor; clarifica cum Ovi albumine, per pannum trajice, et balnei maris ope fac ut in Extractum consistat.

Simili modo parentur

Extracta Cardui benedicti
Trifolii fibrini
Centaurii minoris
Taraxaci
Cichorii
Chamaedrys.

## * 4. Extractum Scillae

℞. Squammarum Scillae recentium incisarum . . . . . . . . . . . *Libram*

Contunde in mortario marmoreo, et in vase terreo optime vitriato balneo maris subjice, donec liquor limpidus evadat. Exprime, clarifica, et evapora ad Extractum.

*Dosis a grano ad scrupulum semis.*

## * 5. Extractum florum Chamomillae

℞. Florum Chamomillae exsiccatorum . . . . . . . . . . . . . . *Libras tres*
Aquae communis ferventis . . . . *Libras viginti quatuor*

Fiat per horam infusio; exprime, postea liquorem decanta, et evapora ad libras sex; clarifica, per pannum trajice, et balneo maris in Extractum redige.

## 6. Extractum baccarum Juniperi

℞. Baccarum Juniperi . . . . . . . *Libras tres*
Aquae tepentis . . . . . . . . . . . *Libras duodecim*

Infundantur per duodecim horas, cola et exprime; postea decanta, et balneo maris evapora donec Extractum obtineas.

## * 7. Extractum Cicutae

℞. Cicutae recentis mundatae . . . *Libras duodecim*

Contunde in mortario marmoreo; succum exprime; in cucurbita stannea probe clausa balneo maris Parenchyma separa; et liquorem limpidum ad Extracti mollis spissitudinem evapora.

Parenchymati interea duplici vel triplici charta obvoluto, supposito cineribus frigidis, madorem subtrahe; postea Extracto jam parato in mortario la-

pideo Parenchyma commisce, addendo singulis Parenchymatis unciis

Sacchari pulverisati. . . . . . . . . *drachmas duas.*

Per telam crinum trajice et repone.

*Dosis a sex granis ad drachmam.*

Simili ratione conficiuntur

Extracta * Hyoscyiami, cujus *Dosis a granis duobus ad semiscrupulum.*

* Aconiti . . . . . *a quatuor granis ad dimidium scrupulum.*

Belladonnae. . . *a grano ad duo.*

Daturae Stramonii . . . . . *a duobus granis ad octo.*

## 8. Extractum Chinae

℞. Corticis peruviani ruditer contusi . . . . . . . . . . . . . . . *Libra duas*

Alcoholis graduum viginti quatuor. *Libras sex*

Fiat infusio calida in cucurbita stannea rite clausa per horas viginti quatuor, identidem mixtum agitando. Liquorem per linteum cola, et potenter Chinam Chinam praelo exprime.

Corticem peruvianum deinde in vase fictili vitriato pone una cum *viginti* Aquae ebullientis *Libris*, et infusionem protrahe ad horas duodecim, quandoque agitando. Cola, et cum aliis Aquae ferventis *Libris decem* per sex horas infusionem itera. Interea primum Alcoholicum liquorem per chartam trajice, filtratum in cucurbitam distillatoriam im-

mitte, et balnei maris ope magnam Alcoholis partem distilla. Liquorem in cucurbita superstitem, ac in vase stanneo positum, eodem balneo continue agitando evapora, donec mellis spissitudinem attingat.

Alteram vero Infusionem ope Aquae obtentam, ac per telam trajectam, filtra, et Liquorem limpidum evaporationi submitte, jugiter agitando ut supra, usquedum densioris mellis consistentiam acquisierit.

Liquores inspissatos simul misce, et eodem balneo, et sub eadem agitatione in Extractum redige.

*Dosis a semidrachma ad drachmam.*

*Nota.* Sicuti Kinates Cinchoninae et Kininae magnam aquae copiam exposcunt ut dissolvantur, ita necesse est ut Medici hoc Extractum sub pillularum tantum forma praescribant.

## 9. Extractum ligni Quassiae

℞. Ligni Quassiae in scobem redacti . . . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras viginti quatuor*

Fiat per semihoram decoctio; cola, et Ligno superstiti affunde

Aquae . . . . . . . . . . . . . . . . *Libras duodecim*

Denuo decoque, et praelo exprime. Liquores simul evaporentur ad libras tres. Post refrigerationem filtra, et balneo maris Extractum confice.

*Dosis a granis sex ad scrupulum.*

## * 10. Extractum Rhabarbari

℞. Rhei in frustula secti. . . . . . *Uncias sex*
Aquae fontis ferventis . . . . . . *Libras sex*

Fiat infusio per tres horas; cola cum expressione, decanta, et liquor cum albumine Ovi clarificatus, balneo maris fac ut in Extractum consistat.

*Dosis a semiscrupulo ad duo.*

Eadem methodo parantur.

Extracta radicum Gentianae -- *Dosis, a scrupulo ad drachmam.*

Tormentillae . . . . *id.*
Valerianae . . . . *id.*
Ratanhiae . . . . . *id.*
corticis Cascarillae . . . . *id.*
stipitum Dulcamarae . . . *id.*
putaminum Nucum . . . . *id.*

## * 11. Extractum Aloës absque resina, vulgo *gummosum*

℞. Aloës soccotrinae contusae . . . *Libram unam*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras sex*

Digere per horas duodecim saepe miscendo; cola, filtra, et balneo maris evapora ad syrupi densitatem: postea Glaciei *Libris duabus* superaffundatur; et filtratione peracta denuo evapora ad siccitatem usque.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum.*

Simili modo conficitur

Extractum Myrrhae *aquosum.*

*Dosis a dimidio scrupulo ad drachmam semis.*

## * 12. Extractum Opii aqua paratum, vulgo *gummosum*

℞. Opii thebaici in taleolas scissi. *Uncias sex*
Aquae stillatitiae . . . . . . . . . . *Libras quinque*

Opium exsiccatum, et in pulverem ruditer conversum in aquam per horas viginti quatuor infunde; cola cum expressione; denuo Opio affunde
Aquae stillatitiae . . . . . . . . . . *Libras tres*

Post horas viginti quatuor eodem modo cola; liquores elicitos evapora balneo maris ad syrupi consistentiam. Liquor adhuc fervens superaffundatur Glaciei *Libris tribus.* Dissolutione absoluta, liquorem filtra, et balnei maris ope ad Extractum redige.

*Dosis a grano dimidio ad duo.*

## 13. Extractum ligni Guajaci

℞. Ligni Guajaci rasi . . . . . . . *Libras tres*
Gummi arabici . . . . . . . . . . . *Drachmas sex*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras viginti-quatuor*

Ebulliant per horam; liquorem postea per telam trajice cum expressione, dein per pannum laneum cola donec limpidus fiat; in Extractum denique balneo maris evapora.

*Dosis a sex granis ad scrupulum.*

## SECTIO V.

### *Resinae Extractae*

### 1. Resina Jalappae, olim *Magisterium* Jalappae

℞. Radicis Jalappae in pulverem
tritae . . . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Alcoholis graduum viginti quatuor. *Libras duas*

Fiat infusio, filtra, et liquorem filtratum per cucurbitam stanneam distilla, usquedum, quod in ipsa superest, syrupi densitatem assequatur. Liquori in cucurbita contento Aquam superaffunde, et quod inde subsederit bis aut ter ablue; postea, ut artis est, exsicca.

*Dosis a granis duobus ad octo.*

# ORDO VI.

## *Medicamenta ex Vegetabilium distillatione deprompta*

### SECTIO I.

*Aquae Stillatitiae*

#### * 1. Aqua ex foliis Lauro-cerasi

℞. Foliorum recentium Pruni Lauro-cerasi. . . . . . . . . . . . *Libras duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libram*

Folia incisa in retortam vitream una cum Aqua immitte, et balnei maris ope Aquae *Semilibram* distilla, cui sedulo Oleum adime.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum intra diem.*

#### 2. Aqua ex Hyssopo

℞. Summitatum Hyssopi recentium et floridarum. . . . . . . . . *Libras duodecim*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras quadraginta octo*

Eliciantur Aquae *Librae viginti quatuor.*

Simili modo parari possunt

Aquae ex Salvia
ex Ruta.

### 3. Aqua ex floribus Lavendulae

℞. Summitatum recentium et floridarum Lavandulae Spicae . *Libras viginti*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras quinquaginta*

Extrahantur Aquae *Librae viginti.*
Sub distillatione Oleum separa.

### * 4. Aqua ex Mentha Piperita

℞. Herbae Menthae piperitae recentis . . . . . . . . . . . . . *Libras sexdecim*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras quadraginta octo*

Extrahantur Aquae *Librae viginti quatuor.*
Oleum innatans separa, et ad usum serva.

### * 5. Aqua ex Melissa simplex

℞. Herbae Melissae recentis . . . . *Libras duodecim*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras quadraginta octo*

Extrahantur Aquae *Librae duodecim.*

Eodem modo conficitur
Aqua Menthae crispae simplex.

### 6. Aqua ex Melissa cohobata

℞. Herbae Melissae recentis. . *Libras viginti quinque*
Aquae communis . . . . . . . *Libras quinquaginta*
Educantur Aquae *Librae sex.*

## 7. Aqua ex Mentha cohobata

℞. Herbae Menthae crispae recentis . *Libras viginti quatuor*
Aquae communis . . . . . . . . . . . *Libras quadraginta octo*
Eliciantur Aquae *Librae duodecim.*

## 8. Aqua ex floribus Aurantii

℞. Florum Citri Aurantii recentium. *Libras duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras octo*
Distillentur balneo maris Aquae *Librae quatuor,* addendo cuique aquae balnei librae
Chlorureti sodii, vel *salis communis, uncias duas.*

## * 9. Aqua ex petalis Rosarum

℞. Petalorum Rosarum recentium . *Libras duodecim*
Aquae fontis . . . . . . . . . . . . *Libras quadraginta octo.*
Eliciantur Aquae *Librae viginti quatuor.*
Eadem ratione parantur
Aquae ex floribus Tiliae
Sambuci.

## * 10. Aqua ex corticibus Citrorum

℞. Corticum Citri florentinae . . . *Libras duodecim*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras quinquaginta*

Extrahantur Aquae *Librae viginti.*

Oleum volatile convenienti phiala sub distillatione secerne.

### 11. Aqua ex seminibus Anisi

℞. Seminum Anisi . . . . . . . . . *Libras sex*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras triginta sex*

Distillentur Aquae *Librae duodecim.*

Oleum Aromaticum lege artis collige.

Simili ratione haberi potest

Aqua ex seminibus Foeniculi.

### 12. Aqua ex nucleis Cerasorum nigrorum

℞. Nucleorum Cerasorum nigrorum. *Libras tres*

Contunde, et, cum Aquae fontis *Libris viginti quatuor,* distilla Aquae *Libras novem.*

### * 13. Aqua ex Cinnamomo simplex

℞. Corticis Cinnamomi ceylanensis. *Libram unam*
Aquae fontis ebullientis . . . . . *Libras octo*

Macera per diem, et distilla Aquae *Libras quatuor;* hanc denuo Cinnamomo superaffunde, et *aequalem* Aquae *Quantitatem* distillatione elice.

## SECTIO II.

### *Olea Stillatitia.*

1. Oleum Menthae piperitae

*Vide* Aqua ex Mentha piperita.

2. Oleum summitatum Lavendulae

*Vide* Aqua ex Floribus Lavendulae.

3. Oleum corticis Citrorum

*Vide* Aqua ex corticibus Citrorum.

4. Oleum seminum Anisi

*Vide* Aqua ex Seminibus Anisi.

5. Oleum Caryophyllorum

℞. Caryophyllorum aromaticorum. *Libras duas*.
Contusi misceantur Salis communis *Unciis sex*, quibus superaffunde
Aquae communis. . . . . . . . . . *Libras duodecim*
Macera per diem: distilla, et Oleum secerne.
Simili modo paratur
Oleum corticis Cinnamomi.

## SECTIO III.

### *Alcoholata Aromatica Stillatitia*

### 1. Alcohol Cinnamomatus, sive *Aqua Cinnamomi Spirituosa*

℞. Cinnamomi ceylanensis . . . . . *Uncias sex*
Alcoholis graduum triginta sex . *Uncias decem*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Fiat maceratio per diem, et eliciantur liquoris *Unciae decem octo*, quibus eidem Cortici superaffusis distillationem repete, pariter extraendo liquoris *Unciae decem octo.*

### 2. Alcohol cum Melissa compositus, vulgo *Spiritus Melissae*

℞. Flavedinis Citrorum recentium . . *Uncias duas*
Nucis moscatae contusae
Seminum Coriandri contusorum. ana *Unciam unam*
Caryophyllorum
Corticis Cinnamomi } contusorum ana *Unciam semis*
Radicum Angelicae
Alcoholis graduum triginta sex . . . *Libras duas*
Aquae cohobatae ex Melissa . . . . . *Uncias quindecim*

Fiat infusio per diem, et balneo maris, fere ad siccitatem, distillationem urge.

## 3. Alcohol Aromaticus, vulgo *Aqua Balsamica*

℞. Foliorum recentium
Salviae
Absynthii
Menthae piperitae
Ruthae
Rosmarini
Summitatum Origani -- singulorum. *Uncias decem*
recentium Lavendulae . . . . . . *Uncias quatuor*
Alcoholis graduum viginti duo. . *Libras duodecim*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras decem*

Macera per horas viginti quatuor, postea liquoris *Libras duodecim* distilla.

## 4. Alcohol cum Cochlearia, vulgo *Spiritus Cochleariae*

℞. Cochleariae florescentis incisae. *Libras tres*
Alcoholis graduum triginta duo . *Libras duas*

In retorta vitrea balneo maris imposita distilla usquedum liquoris massa *Gradus viginti duo* Areometri signet.

## 5. Alcohol Juniperatus

℞. Baccarum Juniperi . . . . . . . *Libram unam*
Alcoholis graduum viginti duo . . *Libras octo*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras sex*

Digere per diem, et balneo maris *octo* liquoris *Libras* elice.

Simili modo parantur

Alcoholes cum seminibus Anisi
cum Caryophyllis
cum radicibus Angelicae
cum summitatibus Rosmarini
cum floribus Lavendulae.

---

# ORDO VI.

*Praeparata ex Vino distillationis ope, aut ex Alcohole cum Acidis.*

## SECTIO I.

### *Alcoholes*

### * 1. Alcohol

℞. Vini nostratis . . . . . . . . . . *Quantum libet*
Alcoholem secundum artem distillatione elice.

### * 2. Alcohol rectificatus

℞. Alcoholis vini . . . . . . . . . . *Quantum vis*
Distilla usquedum liquor elicitus signet Areometri *Gradus triginta duos.*

Si vero Alcoholem magis rectificatum volueris, in cucurbitam stanneam, balneo maris insidentem, Illum immitte, et eidem operationi subjice donec liquor stillatus signaverit *Gradus triginta sex.*

## SECTIO II.

*Alcohol cum Acidis*

### 1. Alcohol Sulphuricus, vel *Elixir acidum* Halleri

℞. Acidi Sulphurici concentrati
Alcoholis graduum triginta sex . . ana *Uncias tres*

Misceantur in phiala vitrea, aqua frigida immersa, pedetentim Acidum Sulphuricum instillando.

*Dosis a semiscrupulo ad semidrachmam in convenienti vehiculo.*

### 2. Alcohol Nitricus, sive *Spiritus Nitri dulcis*

℞. Alcoholis graduum triginta sex . . *Libram*

In matracium vitreum, aqua frigida mersum, Alcoholem infunde, cui agitando adde identidem
Acidi Nitrici graduum triginta sex . . *Uncias tres*

Mixtum frigefactum in vase probe obturato serva.

*Dosis eadem ac* Alcoholis Sulphurici.

## SECTIO III.

*Aetheres*

### * 1. Aether Sulphuricus alcoholisatus, vulgo *Liquor mineralis anodinus*

℞. Alcoholis graduum triginta sex
Acidi Sulphurici concentrati . . . ana *Libras duas*

Alcoholem infunde in matracium vitreum, aqua frigida immersum, cui pedetentim Acidum Sulphuricum adde. Digere per octiduum; postea liquorem in retortam *tubulatam* immitte. Huic dein, balneo cineris impositae, excipulum rite apta; ignem ad ebullitionem urge, et liquoris *Libram* distilla.

Hoc peracto per tubum retortae alteram Alcoholis *Libram* superaffunde ope infundibuli, cujus osculum inferius ad fundum fere retortae perveniat. Distillationem repete donec liquoris *Uncias novem* obtineas.

Liquores obtentos, si fortasse Acidi Sulphurosi odorem nonnihil spiraverint, tantillo Magnesiae libera, distillationem caeterum renovando.

*Dosis a scrupulo ad drachmam.*

## 2. Aether Sulphuricus

℞. Aetheris Sulphurici alcoholisati
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . ana *Libram unam*

Aethere et Aqua in retortam immissis, huic excipulum accommoda, et balneo maris ad gradus circiter *quadraginta* Thermometri centigradi calefacto distilla liquoris *Uncias quatuor.*

*Dosis a guttis quatuor ad scrupulum.*

# ORDO VIII.

## *Medicamenta quae aut per Chymicam Analysim, aut per Synthesim obtinentur.*

## SECTIO I.

### *Alkalia*

### * 1. Ammonia liquida, vulgo *Alkali volatile causticum*, et *Spiritus Salis Ammoniaci cum calce*

℞. Hydrochloratis Ammoniae, vel
*Salis ammoniaci*, pulverisati . *Libras duas*
Calcis ope aquae recenter in pulverem conversae, sive *extinctae* . . . . . . . . . . . . . . *Libras quinque*

Misce iteratis vicibus, et mixtum in retortam loricatam immitte, cui in fornace locatae excipulum vitreum adjunge, et huic apparatum *Voulfianum*, cujus in tribus lagenulis Aquae stillatae *Libras duas* aequabiliter distribue. Donec non amplius gas ammoniacale evolvatur, ignem urge. Liquorem purissimum in apparatu contentum, disjuncte ab illo qui in excipulum defluxit, sepone.

*Dosis a guttis duabus ad sex in Aquae stillatitiae uncia.*

## SECTIO II.

### *Sulphureta*

### 1. Sulphuretum Potassii, vulgo *Hepar Sulphuris.*

℞. Subcarbonatis Deutoxydi Potassii, vel *Salis Tartari alkalini,* probe exsiccati
Sulphuris sublimati. . . . . . . . ana *Uncias sex*

Misce in mortario marmoreo, et in crucibulo obtecto igni imposito funde. Postquam massa quieverit, supra lapidem oleo oblinitum projice. Snlphuretum frigefactum cito in frustula divide, et in vase probe clauso serva.

*Dosis a granis sex ad decem octo.*

### * 2. Sulphuretum Calcii, olim *Hepar Sulphuris calcareum*

℞. Sulphuris subtiliter pulverisati. *Uncias sex*
Calcis subtiliter pulverisatae. . . *Libram unam*

Probe commixta in crucibulo tecto igni imposito incandescant, donec massa in grumulos coeat. Crucibulum ab igne semove, et Sulphuretum frigefactum in vase probe claudendo repone.

## Protosulphuretum Stanni, vel Sulphuretum Stanni, olim *Oxydum nigrum Stanni*

℞. Stanni malacensis in subtilem
scobem redacti . . . . . . . . *Uncias tres*
Sulphuris sublimati. . . . . . . . *Unciam unam*

Misce accurate, et in crucibulo igni committe usquedum flamma exeat amplissima. Vas ab igne semove, operculo claude, et massam frigefactam in subtilissimum pollinem redige.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum, bis aut ter in die.*

## SECTIO III.

### *Chlorureta*

### 1. Chloruretum Magnesii, olim Murias Magnesiae

℞. Subcarbonatis Magnesiae, vel
*Magnesiae communis* . . . . . *Uncias tres*
Acidi Muriatici diluti. . . . . . . *Quantum satis*
ut fiat dissolutio:

Liquorem filtra, et ad siccitatem evapora.

## 2. Chloruretum Calcii, olim Murias Calcis, vel *Sal marinus calcareus*

℞. Muriatis Calcis distillatione Ammoniae obtenti, et in retorta superstitis. . . . . . . . . . . *Quantum vis*

Solve in Aquae fontis *sufficienti Quantitate*: liquorem filtra, et in vase fictili vitriato ad olei spissitudinem evapora: denuo per chartam trajice, et renovata evaporatione in hypocausto crystallisationi committe. Crystallos obtentas triplici charta obvolve, et exsiccatas in vase probe clauso serva.

*Dosis a grano ad duo.*

## * 3. Chloruretum Barii, seu Murias Bariticus

℞. Sulphatis protoxydi Barii, vel *Spathi ponderosi*, subtilissime pulverisati

Chlorureti calcii, sive *Muriatis calcis exsiccatione concreti.* . *Partes aequales*

Misce, et in crucibulum, carbonibus ardentibus impositum, mixtum immitte; cura ut materies duas tantum crucibuli tertias partes repleat, et rite illud sit coopertum. Fusione peracta crucibulum ab igne remove, et frigefactum frange. Materiam secerne, in pulverem redige, et cum *sextuplo* sui ponderis Aquae stillatae per aliquot minuta in vase terreo rite vitriato ebulliat. Liquorem adhuc ferventem filtra,

ne frigescendo Sulphas Bariticus regeneretur. Materiam superstitem non solutam in aliis *duabus* Aquae stillatitiae *partibus* pauxillo temporis ebullitioni subjice; liquorem adhuc calidum, ut supra filtra, quem primo superadditum ad *pelliculam* evapora. Crystallisationi committe: crystallos enatas collige, et reliquum liquorem denuo evapora. Quas ex hac secunda evaporatione crystallos habuisti, ut a Chlorureto Calcii omnino liberentur, in Aqua stillata iterum solve, evaporationem repete, et crystallos puri Chlorureti Barii obtentas primis adjunge.

*Dosis a grano ad duo.*

## 4. Chloruretum Auri et Sodii, vulgo *Murias triplex Auri et Sodae*

℞. Auri purissimi frustulatim secti . *Scrupulum unum*
Acidi Hydrochloro - nitrici, vulgo
*Aquae regiae* . . . . . . . . . *Scrupula tria*

Fiat solutio in phiala vitrea, et Sali evaporato misceatur,

Muriatis sodae depurati *pars* pondere *aequalis.*

Dissolve in Aquae stillatitiae *sufficienti Quantitate*, et evaporationis ope ad siccitatem redige. Serva in vase vitreo probe clauso.

Remedium periculi plenum.

*Dosis prima trigesima grani pars.*

## 5. Chloruretum Antimonii, seu Murias Stybii sublimatus, vulgo *Butyrum Antimonii*

℞. Antimonii metallici in subtilem pulverem redacti . . . . . . . . *Uncias novem*
Perchlorureti Mercurii, sive *Sublimati corrosivi*, subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . *Libras duas*

Rite in mortario vitreo mixta, propere in retortam vitream lato collo munitam injicies. Huic balneo arenae impositae excipulum aptabis, et ignem retortae suppones; cum autem in ejusdem collo Chloruretum Antimonii concreverit, id solvere curabis carbonibus accensis admotis. Cum, aucto etiam convenienter igne, nullam distillationem habebis, ab operatione desistes. Frigefactis tandem vasibus, Chloruretum in phialam probe claudendam immittes.

## 6. Chloruretum Ferri, sive Murias Ferri

℞. Scobis ferri purissimi . . . . . . *Uncias tres*
Acidi Hydrochlorici, sive muriatici. *Quantum sufficit*

Fiat solutio, liquorem filtra, et in vase vitreo, aut porcellaneo lento igne ad siccitatem evapora. In vase probe clauso serva.

## * 7. Chloruretum Mercurii sublimatione paratum, olim *Mercurius dulcis*, vel *Aquila Alba*

℞. Perchlorureti Mercurii, sive
*Sublimati corrosivi* . . . . . . *Uncias duodecim*
Hydrargyri purissimi . . . . . . . *Uncias octo*

*Sublimatum corrosivum* pauxillo Aquae stillatae irroratum in mortario vitreo tere; postea Hydrargyrum adde, et valide misce invicem, donec Mercurius inconspicuus reddatur.

Pulverem cinereum in matracium vitreum immitte, cui, balneo arenae imposito et ad collum usque obtecto, ignem suppone. Lege artis sublima, Chloruretum collige, et, in pulverem tenuem redactum, Aqua stillata ferventi ablue; dein exsicca, et serva.

*Dosis a grano ad quatuor.*

## 8. Chloruretum Mercurii praecipitatione paratum, alias Murias Hydrargyri suboxygenatus, vulgo *Praecipitatum album*

℞. Mercurii puri . . . . . . . . . . *Uncias octo*
Acidi nitrici tenuioris, sive graduum viginti, vel cujus densitas aequet 1, 157. . . . . . . *Libram*

Misce, et in phiala vitrea fac ut ebulliant per semihoram, quandoque agitando. Liquorem limpidum adhuc calidum a superstite hydrargyro per decantationem sejunge. Huic saturam *Salis marini* solutionem, aqua stillata paratam, affunde, insistendo ut artis est, donec nihil amplius subsidat. Decanta, et Chloruretum albissimum fundo vasis insidentem pluries aqua stillatitia elue, donec ista omnino insipida evadat. In umbra, aut in hypocausto exsicca, et serva.

*Usus externus.*

## * 9. Perchloruretum Hydrargyri, olim Murias Hydrargyri oxygenatus, vulgo *Sublimatus corrosivus.*

℞. Mercurii puri
Acidi Sulphurici graduum sexaginta
sex. . . . . . . . . . . . . . . ana *Uncias sex*

Ex retorta vitrea balneo arenae imposita ad siccitatem redige. Massae exsiccatae et in pulverem conversae adde.

Chlorureti Sodii, vel Muriatis Sodae exsiccati . . . . . . . . *Uncias sex*

Omnia diligenter commisce in mortario vitreo; in matracium pariter vitreum injice, cujus tamen medietatem tantum reple.

Balneo arenae matracium ad collum usque demerge; ignem per gradus adauge, donec Perchloruretum Mercurii superiori vasis parti adhaereat. Ex

frigido, fractoque matracio massam accurate exime, et serva.

*Dosis ab octava grani parte ad granum dimidium in Aquae stillatitiae libris duabus.*

## SECTIO IV.

### *Oxyda*

### *1. Oxydum Magnesii, sive Magnesia pura, vulgo Magnesia *usta*

℞. Subcarbonatis Magnesiae . . . . *Libram unam*

In crucibulo fictili igni vehementi subjice donec Acidi muriatici diluti ope nulla effervescentia producatur. Adhuc calentem in phiala vitrea probe claudenda repone.

*Dosis a semiscrupulo ad drachmas duas.*

### * 2. Oxydum Zinci, vulgo *Flores Zinci*

℞. Zinci in grana redacti. . . . . *Quantum volueris*

Immitte Zincum in crucibulum profundum, et intra carbones ardentes aliquantisper inclinatum. Metalli fusione secuta, illud alio crucibulo inverso contege, ita ut anguli utriusque alternentur; identidem crucibulum superius remove, et cochleari vel spathula ferrea Oxydum Zinci efformatum collige. Cum metallum omne disparuerit, collectum Oxydum

Aqua stillatitia ablue, et agitationis, atque decantationis ope ponderosiores partes secerne ; in umbra exsicca, et ad usum serva.

*Dosis a duobus granis ad octo.*

## 3. Protoxydum Mercurii, seu Mercurius *cinereus* vel *niger* Moscati

℞. Chlorureti Mercurii, vel *Mercurii dulcis*, in subtilem pollinem redacti . . . . . . . . . *Unciam unam*
Potassae causticae . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*

Potassam in praescripta aqua stillatitia dissolve; solutionem filtra, et una cum Chlorureto Mercurii in phialam vitream injice. In balneo arenae mixtum per horae dimidium ebulliat saepe saepius phialam agitando. Frigefactis, liquorem ejice, et supra Oxydum aquam stillatitiam pluries funde, et ablue donec aqua omnino saporis expers defluat. Protoxydum exsicca et serva.

*Dosis a grano dimidio ad duo.*

## * 4. Deutoxydum Mercurii, vulgo *Praecipitatum rubrum*

℞. Mercurii puri
Acidi nitrici deutoxydo Azoti copulati, vulgo Acidi *nitrosi*, graduum triginta sex . . . . ana *Libram unam*

Misce in phiala vitrea, et leni calorico dissolve. Solutione peracta phialam in balneo arenae immerge, ignem suppone, quem per gradus adaugebis donec materies siccescat. Tunc temporis ignem urge, et perge usquedum vapores rubri non amplius ascendant. Frigefactum vas infringe, et Deutoxydum ad usum collige.

## SECTIO V.

### *Hydrates*

### * 1. Hydras Deutoxydi Potassii impurus, olim *Lapis causticus*

℞. Subcarbonatis Potassae, vel *Salis Tartari alkalini* . . . . . . . . . *Libram*
Calcis tritae . . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Aquae communis . . . . . . . . . *Libras duodecim.*

Ebulliant vivaciter per semihoram, filtra, et liquorem limpidum in sartagine ferrea ad siccitatem usque evapora. Dein in crucibulo argenteo, fusione secuta, massam liquatam in modulos cylindraceos conjice. Serva in vase probe clauso.

## SECTIO VI.

# Chlorum liquidum, vel Acidum Muriaticum Oxygenatum

℞. Chlorureti Sodii, vel *Salis marini decrepitati* . . . . . . . . . . *Libras duas*
Peroxydi Manganesii subtiliter pulverisati. . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . . *Uncias octo*
Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Libras tres.*

Misce diligenter *Salem marinum* cum Peroxydo Manganesii, et mixtum immitte in retortam vitream ostio *tubulato* superius instructam: Aquam dein affunde, et agitando commisce. Retortam balneo arenae impone, cui *tubulatum* excipulum adnecte, communicans cum tribus *Voulfianis* lagenulis, in quarum unaquaque *duas* Aquae stillatae *Libras* antea distribueris, cautione tamen adhibita, ut duae saltem tertiae partes laguncularum vacuae remaneant. Obserratis juncturis per retortae ostium *tubulatum* Acidum Sulphuricum affunde: tubum claude; ignem retortae suppone, et sensim adauge donec nulla fiat *gassis* flavi evolutio. Apparatum frigefactum remove, et Acidum in lagenis contentum, in phiala probe obturanda repone; loco denique frigidiusculo, et luci impervio cura ut serves.

## Suffumigatio Guytoniana

℞. Salis marini triti . . . . . . . . . *Uncias sex*
Peroxydi Manganesii . . . . . . . *Drachmas sex*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*

In vase fictili vitriato omnia commisce; postea superaffunde

Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Uncias quatuor*

Chlorum illico evolvetur, quod copiosius erumpet, si spathula vitrea vel lignea materiem commovebis.

### Acida

## 1. Acidum Sulphuricum concentratum, vulgo *Oleum vitrioli distillatum*

℞. Acidi Sulphurici venalis . . . . *Libras tres*

Immitte in retortam vitream balneo arenae impositam, cui excipulum adjunge, patulas juncturas relinquendo: igne retortae admoto, quindecimam circiter liquoris partem distilla, qua seposita excipulum denuo retortae apta, et in distillatione perge donec fere totus retortae liquor stillaverit. In vase vitreo liquorem serva, qui signet ad Areometrum circiter *Gradus sexaginta sex.*

## * 2. Acidum Sulphuricum dilutum, vulgo *Spiritus Vitrioli*

℞. Acidi Sulphurici concentrati . . *Libram unam*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . . *Libras quinque*

Aquae in matracio vitreo positae sensim Acidum superaffunde; liquorem frigefactum in phiala vitrea repone.

*Dosis a semidrachma ad drachmas duas in convenienti vehiculo.*

## 3. Acidum Hydrosulphuricum liquidum pro potu, vel Aqua Hydrosulphurata, vulgo *Aqua hepatica*

℞. Sulphureti Antimonii subtiliter pulverisati . . . . . . . . . . *Partem unam*
Acidi Hydrochlorici, vel Muriatici. *Partes sex*

Sulphuretum Antimonii in matracium vitreum immitte, cui Acidum Muriaticum affundes; matracio syphonem recurvum cum phiala vitrea inversa, et in apparatu hydropneumatico aqua repleta communicantem, accomodabis; nonnullis carbonibus accensis matracium calefacies, ut Acidum Hydrosulphuricum sub forma *gassis* evolvatur. Postquam dictam phialam *gasse* Acido Hydrosulphurico, sive *Hydrogeno sulphurato*, repleveris, agitando, illamque semper inversam servando, fac ut aqua denuo repleatur. Hac ratione paratam in loco frigidiusculo serva.

Monere necessarium existimamus hujusmodi Aquam caute interne exhibendam esse, et utpote veneficam, *quinque* Aquae stillatae *Partibus* diluendam

*Dosis aquae dilutae, ut supra, ab unciis quatuor ad sex.*

## 4. Acidum Hydrochloricum liquidum, seu Acidum Muriaticum, olim *Spiritus Salis marini*

℞. Chlorureti Sodii, vel *Salis marini* exsiccati, et in pulverem redacti . . . . . . . . . . . . . . *Libras decem*
Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Libras quinque*

Chloruretum Sodii in retortam vitream loricatam immitte. In lagenulis *Voulfiani* apparatus aequabiliter Aquae stillatitiae *Libras quinque* distribue. Hisce peractis, Acidum Sulphuricum infundibuli curvi ope in retortam injice, cui statim excipulum *tubulatum* adnectes, et huic jam promptum *Voulfianum* apparatum. Distilla, sensim ignem augendo, donec nullum *gas* amplius evolvatur.

Acidum in excipulo collectum sepone. Quod vero in laguncnlis apparatus *Voulfiani* continetur, in phiala probe obturata serva.

## 5. Acidum Nitricum Deutoxydo Azoti copulatum, alias Acidum Nitrosum, olim *Spiritus Nitri fumans* Glauberi

℞. Nitratis Deutoxydi Potassii, sive Nitri depurati . . . . . . . . . *Libras duodecim*
Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Libras sex*

Nitrum in pulverem redactum in retorta vitrea loricata pone. Acidum Sulphuricum convenienti in-

fundibulo in retortam immitte, cui excipulum apta, et huic *Voulfianum* apparatum, in cujus lagenis Aquae stillatae *Libras quatuor* aequabiliter divide. Distillatione inchoata, gradatim ignem adauge, usquedum nullum *gas* ascendat.

Acidum in excipulo collectum seorsim ab illo, quod in lagenulis continetur, sepone. Primum signabit circiter *Gradus quadraginta quinque*, vel Ejus densitas proxime respondebit 1,450.

*Nota.* Si hujusce Acidi *Unicuique Librae* addes Aquae stillatae *Uncias quinque*, Acidum Nitricum *Graduum triginta sex* obtinebis, sive densitatis 1,330.

## * 6. Acidum Nitricum Deutoxydo Azoti copulatum depuratum, alias Acidum Nitrosum purum

℞. Acidi Nitrosi in excipulo stillati. *Libras tres*
Nitratis deutoxydi Argenti . . . . *Quantum satis*

Nitratem, aqua stillata liquatum, guttatim Acido affunde, et perge donec liquor non amplius turbidus fiat. Post subsidentiam liquorem limpidum decanta, et novae distillationi una cum pauxillo Nitri depurati submitte.

## 7. Acidum Nitricum, olim *Spiritus Nitri acidus*

℞. Acidi Nitrici deutoxydo azoti copulati depurati . . . . . . . . *Libras duas*

In retortam injice; huic, aëre aperto, balneo arenae et in fornace sitae, excipulum amplum adapta, compagibus caeterum patentibus. Igne admoto, Acidum ebulliat, donec quod in retorta remanet omnino sit coloris expers: tunc excipulum subtrahe, et Acidum decolor frigefactum ex retorta in phialam vitream rite obturandam transfunde. Signabit circiter *Gradus quadraginta sex* Areometri.

*Dosis a scrupulo ad drachmam, in* duabus *vel* tribus Aquae Libris.

## 8. Acidum Hydrochloro-nitricum, seu Acidum Nitro-muriaticum, vulgo *Aqua Regalis*

℞. Acidi Nitrici puri graduum triginta duo. . . . . . . . . . . . . *Partem unam*
Acidi Muriatici graduum viginti duo. *Partes duas*
Misce, et ex tempore praepara.

## 9. Acidum Carbonicum liquidum, seu Aqua acidulata ex Acido Carbonico, vulgo *Aqua Gaseosa*

℞. Carbonatis Calcis subtiliter pulverisati . . . . . . , . . . . . *Libram unam*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Uncias decem*
Acidi Sulphurici diluti . . . . . . *Libram unam*

Carbonatem Calcis una cum Aqua in phialam tubulo instructam immitte, cujus osculo tubum re-

curvum aptabis; dein Acidum Sulphuricum sensim Carbonati Calcis affundes, et Acidum Carbonicum, quod subito evolvitur, lagena inversa, et aqua repleta supra apparatum hydropneumaticum colliges.

Lagenam fere impletam *gassis* Acidi Carbonici, et aqua apparatus frigida diligenter servata, quassabis, donec Aqua pene totam phialam occupet. Hanc in parvis lagunculis rite obturatis, et in aqua communi inversis, in loco frigidiusculo servabis.

## * 10. Acidum Aceticum dilutum, vel Acetum Stillatum

℞. Aceti communis . . . . . . . . . *Libras quinquaginta*

Carbonis in pulverem redacti . . *Libras duas*

Aceto et Carbone in clibano, stanno perfecte obducto, positis, distillationem institue; primas sex liquoris libras stillatas sepone, et in distillatione perge ad siccitatem usque.

## 11. Acidum Aceticum purum, vulgo *Acetum radicale*

℞. Acetatis Deutoxydi Cupri, vulgo *Crystallorum Veneris*, in pulverem redacti. . . . . . . . . *Libram unam*

In retorta vitrea loricata pone, cui excipulum adapta, et hoc frigidum aqua serva. Igne sensim aucto distilla, donec nullus liquor effluat.

Si liquor stillatus colorem viridiusculum praeseferat, renovata distillatione, Acidum Aceticum purum habebis, quod signabit *Gradus decem* Areometri.

## 12. Acidum Tartaricum, alias Acidum *Tartarosum*, et Acidum Tartari

℞. Supratartratis Deutoxydi Potassii, vulgo *Cremoris Tartari*, subtiliter in pulverem redacti . . . *Libras sex*
Carbonatis Calcis in pulverem conversi, . . . . . . , . . . . . . *Quantum satis*
Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Libras duas*
Aquae communis . . . . . . . . . *Quantum satis*

In vas terreum vitriatum Supratartratem potassae una cum Aqua fervida immitte, cui sensim Carbonatem calcis addes, donec nullam habeas effervescentiam. Liquorem quieti committe, et limpidum decanta, quem sepones. Sedimentum dein Tartratis calcis efformati pluries ablue, cui postea *Libras duas* Aquae ebullientis affunde, in quae simul juncta paulatim Acidum Sulphuricum injicies. Aquam ferventem denuo adde; et postquam Sulphas calcis efformatus fundum vasis petierit, liquorem limpidnm in vas amplum fictile vitriatum immitte, et ignis ope ad dimidium evapora. Frigefactum decanta, denuo igni subjice, et ad densioris syrupi consistentiam redactum in loco frigidiusculo Crystallisationi relinque. Crystallos collectas facile lotionibus Aquae frigidae limpidas reddes.

Quem primo liquor seposuisti, evaporatione *Tartratem Potassae* crystallisatum tibi suppeditabit.

## 13. Acidum Benzoicum impurum, vulgo *Flores Benzoini*

℞. Benzoës optimae ruditer contusae . . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*

In ollam terream probe vitriatam immitte, quam chartae cono instruere curabis. Sublima leni igne: vas ab igne remove; Acidum concretum collige, et sublimationem urge donec nullum Acidum amplius ascendat.

*Dosis a granis quatuor ad decem.*

## 14. Acidum Succinicum, vulgo *Sal volatilis Succini*

℞. Succini contusi . . . . . . . . . . *Libras tres*

In retortam vitream amplam cum cerae uncia immitte; illam balneo arenae impone, ejusque collo excipulum magnum accomoda, quod frigidum servare curabis. Ignem retortae submitte, quem sensim intende donec distillatio cesset. Frigefactis vasibus Acidum Succinicum concretum internis colli retortae parietibus adhaerens collige, quod ab *Olei Succini* maxima parte liberare anniteris Illud pluribus chartis involvendo.

Infundibuli ope *Oleum* a Liquore acido, quod una cum isto in excipulum effluxit, secerne; utrumque seorsim serva ad usum.

## 15. Acidum Oxalicum, vel Acidum Saccharinum

℞. Sacchari albi. . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Acidi Nitrici graduum triginta
sex. . . . . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Aëre aperto in capsula vitrea Saccharum pone, cui pedetentim Acidum Nitricum affunde, identidem spathula vitrea agitando. Deutoxydi Azoti praecipiti evolutione absoluta, capsulam balneo arenae impone, et liquorem usque ad syrupi spissitudinem evapora; illam frigidiusculo in loco repone; crystallos enatas collige; liquorem superstitem denuo evapora, donec Acidum crystallisatum obtineas. Crystallos omnes Acidi Oxalici coactas in aqua stillatitia solve, crystallisationes repete, et Acidum Oxalicum exsiccatum in vase vitreo serva.

Si vero operationem institues magna Sacchari et Acidi Nitrici quantitate, retortam capsulae sufficies. Ita partem Acidi Nitrici adhibiti obtinebis.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum in aquae stillatitiae unciis tribus.*

## SECTIO VII.

### *Sales*

### * 1. Sulphas Kininae

℞. Chinae luteae in pulverem
conversae . . . . . . . . *Libras tres*
Aquae fontis. . . . . . . . . *Libras viginti quatuor*
Acidi Sulphurici venalis . *Scrupula quadraginta duo*

Omnia in vas fictile vitriatum per dimidium horae ebulliant: per telam cola, et quod Chinae superest aliis tribus ebullitionibus subjice, quavis tamen vice *eamdem* Aquae et Acidi *quantitatem* adhibendo. Quatuor decoctis insimul mixtis, et frigefactis paulatim Calcis vivae pulverisatae *Uncias duodecim* adde indesinenter agitando. Subsidentia secuta, liquorem telae affunde, quo trajecto, aquae pauxillo quod supra telam remansit ablue; aquam vero, quae lotioni inserviit, tantillo Acidi Sulphurici acidulam redde, et in vase terreo vitriato ad remanentiam tertiae partis evapora, eamdem *superabundanti* Calcis *quantitate* decomponendo ut pro decoctionibus dictum. Hoc postremum praecipitatum supra telam collue, primoque adjunge. Omne vero praecipitatum, ut a maxima humiditatis parte liberetur, pluribus chartis impone; dein una cum *Libris tribus* Alcoholis graduum triginta sex balneo maris ad *Gradus sexaginta* Thermometri centigradi cale-

facto, per sex horas digere; per telam exprime, et liquorem expressum in phiala serva. Quod autem in tela remansit, alio cum Alcohole novis digestionibus submitte, donec iste modicam tantum amaritiem praeseferat, consuetas caeterum expressiones repetendo. Liquores alcoholicos insimul coactos filtra, et quod per filtrum trajectum, balnei maris ope distilla ad *tres* tantum Illius ponderis *quartas Partes*. In cucurbita superest, et liquor turbidus alkalinus, et fusca materies viscida, quae seorsim pertractari merentur. Liquori in capsula porcellanea posito adde Acidi Sulphurici *sufficientem Quantitatem*, ut neuter evadat; dein eumdem ultra sui voluminis medietatem evapora. Tunc temporis *semiunciam* pulveris Ossium animalium in carbonem recenter conversorum, quae antea diligenter ablueris, injice: liquor per quinque, aut sex minuta ebulliat: propere filtra, et in liquori filtrato cito sese offerent Sulphatis Kininae crystalli.

Materiem fuscam vero in capsulam porcellaneam immitte, quam, cum Aqua pauxillo Acidi Sulphurici acidula facta, ebullitioni subjice; liquorem adhuc ferventem filtra, qui, frigescendo, magnam Sulphatis Kininae partem demittit. Materiei fuscae, quae solutionem respuit, novam Aquam acidulam superadde, donec ista nullam amplius sensibilem amaritiem adipiscatur. Hosce Liquores Aquis misce quae Sulphatem Kininae suppeditarunt; et mixtum lege artis explora, ut rite dignoscas utrum *Acidum*, aut *Alkali* in illo excedat.

Si *Acidum*, Carbonatem calcis in pulverem redactum adde, donec nullam habeas effervescentiam; si vero *Alkali*, sufficienti Acidi Sulphurici quantitate neutrum redde. Hoc peracto, liquorem evapora; eidem Ossium animalium, ut supra, ope, colorem adime, et hanc, si opus fuerit, operationem itera. Hac methodo novam Sulphatis Kininae quantitatem obtinebis.

Omnem Kininae Sulphatem obtentum duplici charta emporetica obvolutum exsicca, calore, qui *triginta* Thermometri centigradi *Gradus* non excedat. In vase crystallino rite clauso serva.

*Nota.* Aquae, ex quibus Sulphas Kininae primo secretus fuit, aliquantulum etiam Sulphatis *Cinchoninae* continent. Hunc tamen sejungere non oportet, cum eisdem, ac ille, usibus medicis inserviat.

Centum Sulphatis Kininae neutri et crystallisati partes constant

| | |
|---|---|
| Kininae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 82, 568 |
| Acidi Sulphurici. . . . . . . . . . . . . . | 9, 176 |
| Aquae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 8, 256 |
| | 100, 000 |

*Dosis a sex granis ad viginti.*

## 2. Sulphas Deutoxydi Potassii, olim *Sal Tartari vitriolatus* et *Sal Polycrestus*

Sulphatem Acidum Potassae, post distillationem Acidi Nitrici in retorta superstitem, sufficienti quan-

titate Aquae stillatitiae fervidae dissolve; liquorem cum Subcarbonate Potassae satura, dein filtra, et in vase fictili vitriato ejusdem evaporationes repete ad crystallos usque.

*Dosis a drachmis duabus ad semiunciam.*

## 3. Sulphas Deutoxydi Sodii, olim *Sal mirabilis* Glauberi, vulgo *Sal Placentinus*

℞. Chlorureti Sodii; vulgo *Salis marini* . . . . . . . . . . . . . *Libras duodecim*
Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Libras sex*

Sali in olla fictili, aëre libero, iteratim Acidum superaffunde. Effervescentia decreta, olla igni imposita, saepe mixturam spathula lignea commove, et ignem urge usquedum acidi hydrochlorici sive muriatici evolutio omnino cesset. Massam frigefactam aqua dissolve, filtra, evapora, et crystallisationi committe; crystallos aqua solutas novae crystallisationi, ut antea, subjice.

Quod in retorta, post distillationem Acidi Hydrochlorici sive Muriatici, remanet, aqua solutum, crystallos Sulphatis Deutoxydi Sodii largiter demittit.

*Dosis a semiuncia ad unciam.*

## * 4. Sulphas Protoxydi Ferri, vulgo *Vitriolum ferri*, et *martiale*

℞. Limaturae Ferri. . . . . . . . . *Quantum volueris*
Acidi Sulphurici venalis quintu-
plo aquae diluti . . . . . . . *Quantum satis*

In capsulam vitream Ferrum immitte, cui tantam Acidi quantitatem superaffunde, donec nullam amplius effervescentiam habeas. Pauxillo temporis exacto, moderato igni mixtum impone; postea liquorem filtra, et ad crystallisationem evapora.

Csystallos obtentas aqua stillata ablutas, et rite exsiccatas, propere in vase perfecte obturando repone.

*Dosis a quatuor granis ad semiscrupulum.*

## * 5. Sulphas Zinci, vulgo *Vitriolum Zinci*, vel *album*

℞. Zinci in scobem redacti . . . . *Quantum libet*
Acidi Sulphurici communis quin-
tuplo aquae diluti. . . . . . *Quantum satis*

Effervescentia absoluta, liquorem in capsula porcellanea igni impone, et ultra siccitatem provehe; frigefactum Salem, et aqua stillata solutum filtra, et ad crystallisationem evapora.

*Dosis a grano ad duo pro usu interno.*

### 6. Subsulphas Ammoniae et Deutoxydi Aëris, olim *Cuprum Ammoniacale*

℞. Suprasulphatis Deutoxydi Æris,
vulgo *Vitrioli coerulei* . . . . *Unciam unam*

In mortario vitreo in pulverem tenuissimum redde; postea miscendo adjunge

Ammoniae liquidae. . . . *Sufficientem Quantitatem* ad perfectam salis solutionem.

Limpidissimo liquori cyaneo obtento statim affunde

Alcoholis graduum triginta sex. *triplum* dictae Solutionis *Pondus*

Dein filtra, et Massam filtro coactam Alcohole bis elue.

In umbra Illam exsicca, et in vase accurate obturando repone.

*Dosis a quarta grani parte, sensim adaugendo, ad grana duo.*

### 7. Hydrosulphas Protoxydi Stibii sulphuratus, vel Hydrosulphuretum rubrum Stibii sulphuratum, vulgo *Kermes minerale*

℞. Subcarbonatis Deutoxydi Sodii
crystallisati, vel *Salis Sodae*. *Libras duas*
Aquae pluvialis . . . . . . . . . . *Libras viginti*
Sulphureti Stibii in pulverem redacti. . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam*

Aquam in sartagine ferrea ebullitioni committe, cui Subcarbonatem Sodae adde. Eidem solutioni Sulphuretum Antimonii adjice; in ebullitione perge per horae dimidium et ultra, saepe spathula ferrea agitando. Liquorem adhuc ferventem in loco tepido serva; huic eam Aquae pluvialis quantitatem adde, quae, et evaporatae respondeat, quaeque per horae dimidium antea ebullierit et hactenus ebulliat. Post horas viginti quatuor liquorem limpidum per decantationem secerne; sedimen supra filtrum projice; aqua frigida pluviali, dein calida illud probe edulcora. Liquori limpido decantato alteram Sulphureti Stibii *Unciam* adde, et descriptam operationem repete, quam, addendo novas Sulphureti Stibii doses, per alias duas vices iterabis. Hydrosulphatem rubrum filtris contentum in hypocausto, cujus temperatura sit *Graduum viginti quinque* Thermometri centigradi, exsicca; siccatum, et in pulverem tenuissimum conversum, in vase luci impervio, et rite claudendo, repone.

*Dosis a grano ad sex vel octo.*

Si ultimo liquori limpido decantato, Aceti stillati *Quantitatem sufficientem* affundes, Hydrosulphatem Protoxydi Antimonii persulphuratum, alias Hydrosulphuretum flavum oxydi Antimonii sulphuratum, vulgo *Sulphur auratum Antimonii*, obtinebis.

*Dosis a duobus granis ad duodecim.*

## 8. Hydrochloras Ammoniae et Ferri, vel Murias Ammoniae et Ferri, vulgo *Flores Salis ammoniaci martiales* et *Ens martis*

℞. Hydrochloratis Ammoniae in pulverem redacti . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Ferri subtilissime pulverisati. . . *Scrupula octo*

Mixta, per duodecim dies circiter, Aquae stillatitiae sufficienti quantitate irrora. Salem Aquae stillatitiae *Unciis octo* dissolve; liquorem filtra, et ad siccitatem evapora.

*Dosis a granis quatuor ad octo.*

## 9. Chloras Deutoxydi Potassii, sive Murias Potassae supraoxygenatus

℞. Chlorureti Sodii, sive *Salis marini* exsiccati, vel *decrepitati. Libras tres*
Peroxydi Manganesii in pulverem redacti. . . . . . . . . . . . . . *Uncias novem*
Acidi Sulphurici concentrati . . . *Uncias viginti*

In retortam vitream tubo superius instructam Salem, et Oxydum immitte. Illi postea balneo arenae impositae sphaericum excipulum aeque *tubulatum* conjunge; huic vero tres lagunculas *Voulfianas* adne-

cte, quarum prima caeteris capacior sit, ita ut vix ejusdem medietatem repleat sequens solutio, ex

Subcarbonatis deutoxydi Potassii,
vel *Salis tartari alkalini*. . . *Libra una*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . *Libris sex*,
filtratione perficienda.

In aliis vero lagenulis aquam pone ad *Gassem*, quoad fieri potest, molestissimum, irretiendum. Omnibus, ut artis est dispositis, Acidum Sulphuricum per retortae ostium *tubulatum* affunde, quo cito clauso, ignem deinde retortae subjice; et perge, donec nullum *Gas* amplius evolvatur.

Peracta operatione, crystallos Chloratis Deutoxydi Potassii sub forma lamellarum nitentium, primae lagenulae fundo subsidentes, collige; liquorem blandae evaporationi submitte ad pelliculam usque; crystallos denuo efformatas secerne, quae primis conjunctae, si iterum in Aquae stillatitiae ebullientis *quadrupla Quantitate* solvantur, frigescendo, Chloratem Deutoxydi Potassii purum suppeditabunt.

*Dosis a grano ad tria.*

## * 10. Nitratis Deutoxydi Potassii, sive *Nitri*, Depuratio

℞. Nitratis Potassae albi, vel *Nitri*. . *Quantum vis*

Solve in Aquae stillatitiae sufficienti quantitate. Solutionem filtra, ad *pelliculam* evapora, et crystallos prima crystallisatione efformatas collige.

*Dosis a semiscrupulo ad drachmam.*

## 11. Nitras Deutoxydi Potassii fusus, vel *Nitrum* fusum, loco *Salis Prunelli*

℞. Nitratis Potassae depurati . . . *Libram unam*

In vase fictili vitriato igni imposito fusioni submitte, et adhuc fluentem supra lapidem guttatim projice sub lenticularum forma.

## * 12. Nitras Deutoxydi Argenti fusus, vulgo *Lapis infernalis*

℞. Argenti purissimi in subtilissimas laminas explanati et dissecti . . . . . . . . . . . . . . *Unciam*
Acidi Nitrici puri graduum triginta sex . . . . . . . . . . . . *Uncias duas et semis*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . . *Semiunciam*

In matracium vitreum Argentum conjice, cui Aquam superaffunde, dein et sensim Acidum Nitricum. Leni calore dissolutionem comple; solutioni *tres* Aquae stillatae *Uncias* adde, filtra, et liquorem in capsula vitrea ad siccitatem evapora.

Salem exsiccatum in vas vitreum fusorium immitte, ac lento igne, dum olei adinstar defluat, in modiolum fusorium injice, et lege artis serva.

## * 13. Subnitras Deutoxydi Bismuthi, alias Oxydum, olim *Magisterium* Bismuthi

℞. Bismuthi puri contusi . . . . . *Unciam unam*
Acidi Nitrici deutoxydo azoti copulati depurati, alias Acidi nitrosi puri, graduum triginta sex. . . . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . *Unciam unam*

In phialam vitream Bismuthum una cum Aqua immitte, cui paulatim Acidum superaffunde. Effervescentia imminuta, phialam lento igni expone donec Acidum Bismuthum solvere recuset. Liquorem quieti committe, et postea limpidum decanta. Hanc Bismuthi solutionem guttatim affunde in Aquae stillatitiae *Libras sex.* Post aliquam moram liquorem limpidum per decantationem sejunge, et Subnitratem albissimum fundo vasis insidentem tamdiu Aqua stillatitia ablue, quamdiu ista omnino insipida evadat. In umbra Illum exsicca, et loco obscuro serva.

*Dosis a grano ad tria.*

## * 14. Carbonas Deutoxydi Potassii, olim *Sal Tartari alkalinus aëreatus*

℞. Subcarbonatis Potassae puri . . *Libram unam*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . *Libras sex*

Solve, et liquori tantam *gassis* Acidi Carbonici quantitatem adjunge, *Voulfiani* apparatus vel machinae compressionis ope, donec solutio Acidum Carbonicum respuat.

Liquorem salinum spontaneae evaporationi committe, crystallos collige, et exsiccatas repone.

*Dosis a scrupulo ad drachmam.*

Eodem modo paratur

Carbonas Deutoxydi Sodii, vel *Sal Sodae aëreatus.*

## *15. Subcarbonas Deutoxydi Potassii purus, olim *Sal Tartari depuratus*

℞. Cremoris tartari in pulverem redacti
Nitratis potassae depurati et pulverisati. . . . . . . . . . . . . . *Partes aequales*

Misce, et hujusce Mixti partem in vas ferreum injice, admoto ignito carbone incende, et operationem repete donec Massa omnis deflagraverit. Massam frigefactam in sufficienti quantitate Aquae stillatae solve. Solutionem filtra, et in sartagine ferrea agitando ad siccitatem vapora.

*Dosis a semiscrupulo ad scrupulum.*

## 16. Subcarbonas Deutoxydi Potassii, vulgo *Sal Tartari alkalinus* ex *Tartaro* combusto

℞. Tartari crudi. . . . . . . . . . . . *Quantum vis*

In fornace una cum carbonibus combure donec nullus fumus evolvatur. Massam frigefactam Aqua

pluviali lixiviationi subjice; Lixivium filtra, et liquorem in sartagine ferrea sub continua agitatione ad siccitatem redige.

## 17. Subcarbonas Deutoxydi Sodii olim *Natrum, Sal Alkali mineralis* et *Sal Sodae*

℞. Sodae venalis . . . . . . . . . . *Quantum placet*

In pulverem crassiorem redige, et cum Aquae fontis sufficienti quantitate fac lixivium. Liquorem filtra, et ad necessariam spissitudinem vapora. In loco frigidiusculo repone: crystallos collige, quas denuo in Aqua stillatitia solves, et solutionem evaporabis, ut Subcarbonas Deutoxydi Sodii purus evadat.

## * 18. Subcarbonas Ammoniae, olim *Alkali volatile concretum*

℞. Hydrochloratis Ammoniae, sive *Salis ammoniaci*, ruditer in pulverem conversi . . . . . . *Libras duas*

Subcarbonatis Potassae, vel *Salis Tartari Alkalini* . . . . . . . *Libras quatuor*

Iteratis vicibus in mortario marmoreo commisce; in retortam vitream loricatam mixtum celeriter immitte; dein affunde

Aquae communis . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*

Cucurbitae collo retortae rite adnexae, quam indesinenter frigidam servare curabis, et instructae

tubo communicante cum phiala aquam continente, ignem submitte, et urge donec totius Salis sublimatio confecta sit; Salem collige, pluribus chartis obvolve, ut siccescat, dein in vase rite claude; Liquorem vero sejunctum serva.

*Dosis a granis octo ad scrupulum.*

## * 19 Subcarbonas Oxydi Magnesii, vel *Magnesia communis*

℞. Sulphatis Magnesiae, vulgo *Salis anglici* . . . . . . . . . . . *Libras decem*

Solve in Aquae pluvialis . . . . *Libris quinquaginta;*

filtra, et liquorem ebullitioni committe. Interea in sartagine ferrea

Subcarbonatis Potassae . . . . . . *Libras octo*

solve in Aquae pluvialis . . . . . . *Libris sexdecim*

Hanc quoque solutionem filtra, et ignem Eidem suppone ad ebullitionem usque; ipsamque continuo agitando, supra solutionem Sulphatis Magnesiae, igni impositam, funde. Ignem intende, et ad ebullitionem urge donec omnis *Gassis* Acidi Carbonici evolutio cessaverit. Tunc alias Aquae pluvialis *Libras triginta* superaffunde; vas ab igne remove; quieti relinque, et contentum omne in conum lineum satis amplum conjice; sedimen terreum aqua pluviali perfecte edulcora; Magnesiam in glebas conforma, easque sub dio, vel in hypocausto exsicca.

*Dosis a duabus drachmis ad unciam.*

## * 20. Acetas Deutoxydi Potassii, vulgo *Terra foliata Tartari*

℞. Subcarbonatis Potassae, vel *Salis Tartari Alkalini* . . . . . *Uncias sex*
Aceti stillati. . . . . . . . . . . . . *Quantum satis* ad saturationem, et ultra.

Liquorem evaporationi submitte, et balneo maris siccum redde.

Postea immixta Carbonis vegetabilis pulverisati *Uncia una* in crucibulo argenteo fusionem igneam perfice. Massam frigefactam Aceto stillato solve; solutionem filtra, et balneo maris ad siccitatem redige. Acetatem adhuc calidum in vase crystallino rite claudendo repone.

*Dosis a semidrachma ad drachmas tres.*

## * 21. Acetas Protoxydi Plumbi, vulgo *Sal Saturni* et *Saccharum Saturni*

℞. Protoxydi Plumbi fusi, vel *Lithargyrii*, subtiliter pulverisati . . . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Aceti stillati. . . . . . . . . . . . . *Quantum satis*

In vase terreo vitriato secundum artem dissolve; solutionem filtra, et postea ad syrupi consistentiam evapora. In loco frigidiusculo crystallisationi committe; crytallos collige; liquorem superstitem ad dimidium evapora, ut denuo crystallos deponat,

quas primis conjunctas aqua stillata, ope aceti stillatitii acidulata, dissolve. Solutionem filtra, dein evapora, et Acetatem Plumbi in crystallos concretum serva.

### * 22. Tartras Deutoxydi Potassii, olim *Sal vegetabilis* et *Tartarus solubilis*

℞. Subcarbonatis Potassae, vel *Salis Tartari Alkalini.* . . . . . *Uncias sex*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . . *Libras sex*

Dissolve, et Solutionem in vase fictili vitriato; ad ebullitionem usque, igni subjice; tunc sensim Illam asperge Cremoris tartari *sufficienti Quantitate* ad completam saturationem.

Effervescentia peracta, liquorem ab igne remove; refrigeratum filtra, dein blando calorico evapora ad crystallos obtinendas.

*Dosis a drachma ad semiunciam.*

### 23. Tartras Deutoxydi Potassii Tartrate et Borate Deutoxydi Sodii commixtus, vulgo *Cremor Tartari solubilis*

℞. Cremoris Tartari in pulverem redacti . . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Boracis depurati. . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras octo*

Ebulliant donec Tartras Potassae omnino oculos effugiat. Solutionem frigefactam filtra, et ad siccitatem evaporatione redige.

*Dosis a duabus drachmis ad semiunciam.*

## * 24. Tartras Deutoxydi Potassii et Protoxydi Antimonii, seu *Tartarus Emeticus*

℞. Supratartratis Deutoxydi Potassii, vel *Cremoris Tartari*, subtiliter pulverisati . . . . . . *Libras duas*
Stibii metallici, vulgo *Reguli Antimonii*, subtiliter pulverisati - *Libram unam*
Aquae stillatitiae. . . . . . . . . . *sufficientem Quantitatem*, ut puls mollis conficiatur.

In loco temperato novas Aquae doses identidem per viginti dies adde, ne indurescat, et Mixtum quandoque agita. Hoc tempore elapso, Massam spontaneae exsiccationi relinque; siccatam in pulverem redige, et cum Aquae stillatitiae *Libris duodecim* fac ut aliquantulum in vase fictili vitriato ebulliat. Liquorem filtra, dein ad crystallisationem evapora. Evaporationes repete donec crystalli non amplius efformentur. Crystallos obtentas in *quindena* sui ponderis Aquae stillatitiae frigidae *Quantitate* denuo solve; filtra, pluries evapora, et crystallos collectas misce.

*Dosis a grano ad tria.*

## 25. Subphosphas Deutoxydi Sodii, alias *Phosphas Sodae*

℞. Ossium ad albedinem exustorum . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quindecim*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Uncias triginta*

In vase terreo vitriato Ossa in pulverem conversa Aqua commisce, et adde

Acidi Sulphurici venalis . . . . . *Uncias novem*

Fiat lixiviatio ut artis est; liquorem filtra, et satura cum Subcarbonatis Deutoxydi Sodii, vel *Salis Sodae*, *sufficienti Quantitate*, et paulo etiam ultra. Solutionem evaporationi subjice; ad crystallos conficiendas repone; crystallos collige; liquorem denuo evaporationi submitte, et novas crystallos efformatas primis adjunge.

*Dosis a drachma ad sex usque ad unciam.*

## * 26. Subphosphas Calcis, alias *Phosphas Calcis* et *Cornu Cervi ustum*

℞. Ossium igne candefactorum . . *Quantum libet*

In subtilem pollinem redige, et cum Aceto stillato ablue, donec nulla amplius exoriatur effervescentia. Postea Aqua stillatitia edulcora, et spontaneae exsiccationi relinque.

*Dosis a scrupulo ad drachmas duas.*

## * 27. Alumen igne exsiccatum, vulgo *Alumen ustum*

℞. Suprasulphatis Protoxydi Aluminii et Deutoxydi Potassii, vel *Aluminis rupei* . . . . . . *Libram unam*

In olla fictili igni imposita liquescat donec in Massam albam spongiosam abeat.

# SECTIO VIII.

## *Solutiones Salinae*

## 1. Hydrochloras Protoxydi Barii, sive *Liquor Baritae*

℞. Chlorureti Barii. . . . . . . . . *Unciam unam*
Aquae stillatitiae . . . . . . . . . *Uncias sex*

In mortario vitreo dissolve, liquorem filtra, et probe clausum serva.

*Dosis prima a guttis quatuor in aqua stillatitia, sensim pro re nata adaugendo.*

## 2. Hydrochloras Protoxydi Calcii, seu *Liquor Muriatis Calcis*

℞. Chlorureti Calcii . . . . . . . . *Unciam unam*
Aquae stillatitiae . . . . . . . . . . *Uncias sex*

Solve, filtra, et serva.

*Dosis a guttis triginta ad drachmam in aqua stillatitia.*

## 3. Mercurius Fluctuans Guidotti

℞. Perchlorureti Mercurii, vulgo
*Sublimati corrosivi* . . . . . . *Drachmas duas*
Mellis nostratis . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Aquae stillatitiae . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Perchloruretum Mercurii in mortario vitreo in subtilem pulverem redactum una cum melle rite commisce. Postea Aquam sensim affunde, ut solutio rite perficiatur.

In loco temperato digere per *quindecim dies*, tandem liquorem filtra, et in vase vitreo claude.

*Dosis a scrupulo ad drachmam in convenienti vehiculo.*

## 4. Nitras Deutoxydi Hydrargyri liquidus, vulgo *Aqua Mercurialis*

℞. Hydrargyri puri
Acidi Nitrici graduum triginta sex - ana *Unciam unam*

In phiala vitrea dissolve; solutioni adde
Aquae stillatae. . . . . . . . *Libras duas et semis*

Filtra, et repone.

*Usus externus.*

## 5. Subcarbonas Deutoxydi Potassii solutus, vulgo *Oleum Tartari per deliquium*

℞. Subcarbonatis Potassae, vel *Salis Tartari Alkalini*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Partes aequales*

Solutionem filtra.

## * 6. Acetas Ammoniae liquidus, vulgo *Spiritus Mindereri*

℞. Subcarbonatis Ammoniae . . . *Quantum volueris*
Aceti stillati . . . . . . . . . . . *Quantum satis ad completam saturationem.*

*Dosis a drachmis duabus ad unciam.*

## * 7. Subacetas Protoxydi Plumbi liquidus, vulgo *Acetum Saturni*

℞. Protoxydi Plumbi fusi, vel *Lithargyrii,* in pulverem redacti . . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Aceti stillatitii . . . . . . . . . . . *Libras tres*

In vase fictili vitriato igni imposito digere, filtra, et spathula vitrea agitando Liquorem evapora, donec ejus densitas *Gradus duodecim* Areometri signet.

## * 8. Subacetas Protoxydi Plumbi liquidus densior, vulgo *Extractum Saturni*

℞. Protoxydi Plumbi fusi, vel *Lithargyrii,* subtiliter pulverisati *Libras duas*
Aceti stillati. . . . . . . . . . . . . *Libras octo*

Secundum artem leni calorico dissolve; liquorem filtra, et evaporationi submitte donec ejus densitas Areometri *Gradibus triginta* respondeat.

## 9. Aqua cum Subacetate Protoxydi Plumbi, vulgo *Aqua vegeto-mineralis* et *Aqua Saturnina*

℞. Subacetatis protoxydi Plumbi
liquidi densioris . . . . . . . *Unciam semis*
Aquae stillatae . . . . . . . . . . *Libras duas*
Misce.

## 10. Succinas Ammoniae liquidus, vel *Liquor Salis volatilis Ammoniae Succinatus*

℞. Subcarbonatis Ammoniae, vel
*Salis volatilis ammoniacalis* . *Unciam semis*
In capsula vitrea pone et adde
Liquoris Acidi Succinici distilla-
tione obtenti (*Vide Pag.* 106) . *sufficientem Quantitatem.*

Effervescentia absoluta, capsulam igni moderato impone, et cum mixtum tepuerit, aliquot guttas Liquoris Acidi superaffunde: si forte effervescentia renovetur, tantum ejusdem Liquoris adjunge, quantum ad perfectam saturationem sufficiat.

Qui *Liquorem Cornu cervi Succinatum* praescribere voluerit, Succinati Ammoniae liquido supra-

dicto Epirelei, vel *Olei foetidi*, Cornu cervi quatuor vel quinque guttas adjungat.

*Dosis utriusque a semiscrupulo ad scrupulum.*

## SECTIO IX.

### Aquae cum Oxydis metallicis, cum Acidis, aut cum Salibus parandae

### 1. Aqua cum Calce

℞. Oxydi Calcii, vel *Calcis recentis* . *Uncias sex*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras triginta*

Solutionem filtra, et in vase probe clauso ad usum serva.

*Dosis ab unciis tribus ad libram in convenienti vehiculo pro usu interno.*

### 2. Hydrochloras Calcis solutus Hydrate Deutoxydi Hydrargyri mixtus, vulgo *Aqua Phagedaenica*

℞. Perchlorureti Mercurii, vulgo
*Sublimati corrosivi* . . . . . . *Scrupulum unum*
Dissolve in
Aquae cum Calce recentis . . . . *Libra una*

## 3. Aqua Maris arte paranda

℞. Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras centum*
Muriatis Sodae. . . . . . . . . . . . *Uncias decem octo*
Muriatis Magnesiae . . . . . . . . *Uncias duas*
Muriatis Calcis . . . . . . . . . . . *Uncias tres et semis*
Sulphatis Sodae
Sulphatis Magnesiae . . . . . . . ana *Unciam unam et semis.*

Misce et dissolve secundum artem.

## 4. Aqua *Martialis* ad balnea

℞. Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras centum*
Muriatis Ferri . . . . . . . . . . . . *Uncias tres.*

Misce.

## 5. Aqua Hydrosulphurata, vulgo *Aqua Hepatica*, pro balneis

℞. Sulphureti Calcii, vulgo *Hepatis Calcis* . . . . . . . . . . . *Unciam semis*
Acidi Muriatici . . . . . . . . . . . *Drachmas duas*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras tres*

Sulphuretum Calcii in phialam vitream satis amplam inductum, cui Aquam superaffundes, irrore-

tur Acido Muriatico. Agita, et in agitatione perge donec Acidum Hydrosulphuricum sit absorbtum.

*Dosis haec sit pro viginti quinque Libris Aquae communis.*

## 6. Acidum Carbonicum liquidum cum Ferro, vulgo *Aqua Martialis gaseosa*

℞. Aquae acidulae ex Acido Carbonico. . . . . . . . . . . . . *Libram unam*
Ferri in subtilissimum pulverem conversi . . . . . . . . . . . . *Granum unum*

In phiala vitrea probe claudenda misce; in loco frigidiusculo per triduum detine, quandoque agita, et exhibe.

*Dosis ab unciis sex ad libram.*

# ORDO IX.

## *Metalla et Bitumina parata*

### SECTIO I.

*METALLA PARATA*

### * 1. Ferrum pulverisatum

℞. Scobis Ferri puri . . . . . . . . *Quantum vis*
In mortario ferreo in subtilem pollinem redige.
*Dosis a grano ad quinque.*

### * 2. Hydrargyrum purum

℞. Mercurii . . . . . . . . . . . . . *Quantum vis*
Distilla ex retorta vitrea balneo arenae imposita, cujus osculum in vas aquae repletum desinat. Siccatum serva.

### * 3. Stibium, sive Antimonium purum, vulgo *Regulus* Antimonii

℞. Pulveris Sulphureti Antimonii, vulgo Antimonii *crudi* . . . . *Uncias sexdecim*
Supratartratis Deutoxydi Potassii, vel Cremoris Tartari subtiliter pulverisati. . . . . . . *Libram unam*
Nitratis Deutoxydi Potassii, vel *Nitri depurati*, subtiliter pulverisati. *Uncias sex*

Omnia accurate commisce. In crucibulum inter carbones ardentes folle incitatos candefactum, cochleatim Mixtum immitte. Quaevis dosis deflagrabit, et quotiescumque Mixti cochlear addideris, ignem intende ad fusionem obtinendam. Fusione totius Mixturae absoluta, metallum in mortarium aheneum calefactum, oleo vel sebo illinitum, projice. Massa frigefacta, Stibium metallicum a scoriis secerne.

## SECTIO II.

### *Bitumina*

### Sulphur Sublimatum depuratum, vulgo *Flores Sulphuris depurati*

℞. Florum Sulphuris venalium . . *Quantum vis*

In mortario marmoreo cum sufficienti quantitate Aquae stillatitiae ferventis contere. Lotione peracta, aquam rejice, et Sulphur Sublimatum exsiccatum repone.

*Dosis a granis sex ad scrupulum.*

# APPENDIX

## Pulvis Hermodactylatus

℞. Hermodactylorum
Sacchari albi. . . . . . . . . ana *Drachmas decem*
Radicis Turpethi
Scammonii . . . . . . . . . . ana *Drachmas sex*
Radicis Zingiberis. . . . . . . . . *Drachmas tres*

Omnia in subtilem pulverem, ut artis est, seorsim redacta, misce probe, et serva.

*Dosis a scrupulo ad quatuor.*

## Massa pilularis Cynoglossi

℞. Corticis radicis Cynoglossi
Cinnamomi
Seminum Hyoscyami albi
Opii . . . . . . . . . . . . singulorum *Unciam semis*
Myrrhae
Thuris. . . . . . . . . . . . . . ana *Drachmas sex*
Styracis Calamitae
Caryophyllorum . . . . . . . ana *Drachmas duas*
Syrupi Violarum . . . . . . . . . . *Quantum satis*

Styracem cum Opio diu tere in mortario aheneo, aqua ebullienti antea calefacto, dein Myrrham et Thus, rite pulverisata, illis commisce addendo Syrupi Violarum quantum sufficiat ad Massam mollem conficiendam. Tandem caetera in pulverem conversa Massae praedictae adjunge, et cum alia Syrupi quantitate ad consistentiam debitam redige.

*Dosis a granis sex ad octo.*

## Theriaca Andromachi reformata a Baumé

℞. Squammarum exsiccatarum Scillae. . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Iridis florentinae. . . . . . . . . . . *Semiunciam*
Zingiberis
Dictamni cretici
Nardi indicae
Stoechadis arabicae
Croci orientalis
Myrrhae
Radicum Gentianae
Calami aromatici
Mei Athamantici
Valerianae
Nardi celticae
Amomi. . . . . . . . . . . . . . ana *Scrupula sex*
Piperis longi. . . . . . . . . . . . . *Uncias tres*
Scordii. . . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quatuor*
Cinnamomi . . . . . . . . . . . . . *Unciam unam*
Schaenanthi
Seminum Foeniculi . . . . . ana *Unciam unam et semis*

Opii . . . . . . . . . . . . . . . . . *Scrupula undecim*
Castorei . . . . . . . . . . . . . . . *Scrupula duo*
Opobalsami . . . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Styracis calamitae
Sagapeni . . . . . . . . . . . . ana *Unciam semis*
Galbani . . . . . . . . . . . . . . . *Scrupula duo*
Vini malacensis . . . . . . . . . . *Quantum satis*
Mellis. . . . . . . . . . . . . . . . . *Libras quinque cum dimidio*

Sepositis Opobalsamo et Styrace, caetera secundum artem pulverisentur. Mel calefactum asperge Specierum pulveribus. Balneo maris Opobalsamum et Styracem funde, et, cum Electuarii confecti parte, Illa rite commisce. Tandem reliquum Electuarium adjunge, cui tamen adde Vini quantitatem, quae sufficiat ad debitam Electuarii consistentiam obtinendam.

## Electuarium *Diatessaron* *ad usum Artis veterinariae*

℞. Radicum Gentianae
Aristolochiae longae
Baccarum Lauri
Myrrhae . . . . . . . . . . . . . ana *Uncias tres*
Omnibus, ut artis est, pulverisatis adde
Mellis despumati tepentis . . . . *Libras quatuor*
ad conficiendum Electuarium.

## Electuarium Opiatum, sive *Diascordium vigoratum*

℞. Radicum Tormentillae
Bistortae
Gentianae
Seminum Acetosae . . . . . . ana *Drachmas sex*
Corticum Cinnamomi ceylanensis
Cassiae ligneae , ana *Drachmas duas*
Succi Scordii condensati
Foliorum Ejusdem siccatorum ana *Unciam semis*
Gummi-resinae Galbani
Arabici
Foliorum Dictamni cretici. . , ana *Drachmas duas*
Opii thebaici . . . . . . *Drachmam unam et semis*
Boli armenae praeparatae . . . . *Drachmas sex*
Piperis longi
Zingiberis . . . . . . . . . . . . ana *Drachmam unam*
Conservae Rosarum rubrarum . . *Uncias sex*
Mellis . . . . . . . . . . . . . . . . *Uncias quindecim*
Ichthyocollae . . . . . . . . . . . *Unciam semis*
Aquae fontis . . . . . . . *sufficientem Quantitatem*

Lege artis ex Ichthyocolla, cum Aquae sufficienti quantitate, *Libras duas* Gelatinae confice. Tormentillam , Bistortam , Gentianam, et Semina Acetosae contusa per horae quadrantem in *tribus Libris* Aquae fontis decoque . Decoctum cum expressione cola ; huic Mel adjunge, despuma , et iterum cola . In hujus Liquoris trajecti parte dissolve Succum Scordii, et Conservam Rosarum rubrarum, addendo postremo

Gelatinam et Liquoris residuum. Tandem balneo maris Mixtum evaporationi committe ad *Uncias viginti octo.*

Vas ab igne remove, et Mellito adhuc tepenti reliquas Species in pulverem subtilissimum redactas admisce, ut fiat Electuarium.

*Dosis a semiscrupulo ad duo scrupula.*

## Oleum Hyperici compositum *ad usum Artis veterinariae.*

℞. Summitatum recentium floridarum et maturescentium Hyperici leviter contusarum . . *Uncias viginti-quatuor*

Olei olivarum . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Tertiam Hyperici ponderis quantitatem in Oleum infunde, et in vase clauso balneo maris imposito per dies tres digere, cola, et fortiter exprime. In expressum Liquorem alteram tertiam partem Hyperici immitte, et digestionem, nec non expressionem repete. Postremo in Oleum trajectum ultimam Hyperici quantitatem infunde, et peracta digestione et expressione, ut supra, Oleo humorem adime; dein in eodem solve.

Thuris . . . . . . . . . . . . . . . *Drachmas tres*

Terebinthinae venetae . . . . . . *Uncias sex*

Croci orientalis . . . . . . . . . *Scrupula quatuor.*

Oleum compositum quieti committe, et, cum limpidum evaserit, decanta et serva.

## Oleum, vel Unguentum Laurinum
## *ad usum Artis veterinariae*

℞. Foliorum Lauri recentium
Baccarum Lauri recentium . . . . ana *Libras duas*
Adipis porcini depurati. . . . . . *Libras quatuor*

In cucurbitam balneo maris impositam Folia Lauri incisa, et contusa immitte, addendo Adipem suillum. Infusione ad triduum protracta, liquorem cum expressione cola, expresso adde Baccas Lauri contusas; infusionem, ut supra, balneo maris, repete, cola, et sub praelo exprime. Unguentum, ab humore et faecibus liberum, ad usum serva.

## Unguentum cum Cera, Terebinthina, et Resina Pini, loco Unguenti *de Althaea*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Olei olivarum . . . . . . . . . . *Libras quatuor*
Seminum Foeni graeci . . . . . . *Uncias quatuor*

Fiat infusio in vase aheneo stanno obducto, leni calore, per horas viginti quatuor; per linteum trajice, dein colaturae adde

Cerae flavae. . . . . . . . . . . . *Uncias quindecim*
Resinae Pini. . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Terebinthinae purae . . . . . . . *Uncias duas*

Omnia modico igne liqua, iterum cola, et identidem agita donec frigescat.

## Emplastrum *pro Fracturis* dictum

℞. Emplastri Diachylon simplicis . . *Libras duas et semis*
Cerae flavae . . . . . . . . . . . . . *Uncias quinque*
Terebinthinae . . . . . . . . . . . *Uncias duas*
Sarcocollae subtiliter pulverisatae
Sanguinis Draconis . . . . . . . . ana *Uncias duas*
Olibani
Myrrhae
Masticis . . . . . . . . . . . . . . ana *Unciam unam*
Fiat, ut artis est, Emplastrum.

## Emplastrum Adhaerens
## *ad usum Artis veterinariae*

℞. Resinae Pini
Picis navalis
Terebinthinae
Colophoniae
Boli rubrae subtiliter pulverisatae - singulorum *Uncias tres*,
Misce. Fiat Emplastrum.

## Decoctum *Pollini* dictum

℞. Radicum Sarsaparillae
Chinae
Lapidis Pumicis subtiliter pulverisati
Sulphureti Antimonii pulverisati . . . . . . . . . . . . ana *Unciam semis*
Putaminum Nucum viridium . . *Uncias decem*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . *Libras quatuordecim*

In vase lapideo, vel terreo vitriato decoque ad *Libras septem*, et cola.

*Dosis ab unciis sex ad libram epicratice intra diem sumenda.*

## Decoctum *Rasori* a Soresina

℞. Corticum radicis Bardanae . . . *Uncias octo*
Foliorum Fumariae siccatorum. . *Unciam unam*
Sennae orientalis. . . . *Unciam unam et semis*
Suprasulphatis Aluminae et Deutoxydi Potassii *deaquificati*, vel Aluminis *usti* . . . . . . . . . . *Unciam semis*
Perchlorureti Hydrargyri, sive *Sublimati corrosivi* . . . . . . . . *Grana quadraginta*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras viginti*

Omnia diligenter cum *Sublimato corrosivo* eodem tempore decoque in vase terreo vitriato ad remanentiam *Librarum decem.* Cola leni expressione.

*Dosis a tribus unciis ad octo.*

## Decoctum *Salvadori*

℞. Radicum Salsaparillae . . . . . *Uncias octo*
Aristolochiae rotundae *Uncias duas*
Cynarae Scolymi
Herbae Fumariae
Florum Cyani . . . . . . . . . ana *Unciam unam*
Foliorum Sennae . . . . . . . . . . *Unciam unam et semis*
Chlorureti Mercurii, vel *Mercurii dulcis*
Aluminis *usti* . . . . . . . . . . ana *Unciam semis*
Aquae communis . . . . . . . . . . *Libras triginta*

Omnia in vase terreo vitriato lege artis decoque ad *Libras decem:* per linteum rarum cola cum expressione.

*Dosis ab unciis quatuor ad libram in die.*

## *Elixir Proprietatis* Paracelsi

℞. Aloës soccotrinae pulverisatae
Myrrhae pulverisatae
Croci incisi . . . . . . . . . . . ana *Unciam unam*
Alcoholis graduum viginti . . . . *Uncias viginti*

Digere per octiduum in loco tepido, postea liquorem filtra, et serva.

*Dosis a semiscrupulo ad semidrachmam.*

## Oxymel cum Subacetate Cupri, vulgo *Unguentum Aegyptiacum*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Mellis nostratis . . . . . . . . . . *Libram unam*
Aceti optimi. . . . . . . . . . . . . . *Uncias sex*
Subacetatis Cupri, sive *Viridis aëris*, subtiliter pulverisati . *Uncias quatuor*

Misce, et ad Mellis spissitudinem assidue agitando coque.

## Aqua ex foliis Lauro-cerasi *ad usum Artis veterinariae*

℞. Foliorum Lauro-cerasi recentium incisorum . . . . . . . . . . . . *Libras duodecim*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras triginta*

Per clibanum distilla Aquae *Libras duodecim*.

## Oleum volatile Terebinthinae *ad usum Artis veterinariae*

℞. Terebinthinae . . . . . . . . . . . *Libras sex*
Aquae communis . . . . . . . . *Libras triginta sex*

Fiat lege artis distillatio, et Oleum separa.

## Alcohol cum nucleis Persicorum, sive *Aqua Seminum Persicae spirituosa*

℞. Nucleorum Amygdali Persicae
contusorum . . . . . . . . . . . *Libram*
Alcoholis graduum viginti . . . . *Libras quatuor*
Aquae fontis. . . . . . . . . . . . . *Libras duas*

Fiat infusio per diem, et distilla balneo maris ad *Libras quatuor*.

## *Elixir Vitrioli* Acidum aromaticum Marabelli

℞. Alcoholis graduum triginta . . *Uncias sexdecim*
Acidi Sulphurici concentrati. . . *Uncias tres*
Pulveris crassi radicis Zingiberis
Foliorum siccatorum Menthae piperitae . . . . . . . . . . . ana *Unciam unam*

Acidum Sulphuricum pedetentim instilla in Alcoholem, cui superadde Pulveres supradictos. Digere per sex dies, et filtra.

*Dosis a semiscrupulo ad drachmam.*

## Oxydum Antimonii sulphuratum cum Potassa, vulgo *Hepar Antimonii*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Sulphureti Stibii, vel Antimonii
*crudi*, subtiliter pulverisati
Nitratis Potassae, vel *Nitri*, subtiliter pulverisati . . . . . ana *Libras duas*

Rite mixta in crucibulum amplum immitte, et carbone ardente admoto incende. Post deflagrationem, Massam frigefactam a scoriis separa, et serva ad usum.

## Antimonias Deutoxydi Potassii, alias Hyperoxydum Stibii cum Potassa, seu Antimonium *Diaphoreticum*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Sulphureti Antimonii, vel Antimonii *crudi*, in subtilem pulverem redacti. . . . . . . . . *Libram unam*
Nitratis Potassae subtiliter pulverisati . . . . . . . . . . . . *Libras tres*

Misce, et mixtum per vices in crucibulum leviter candens injiciatur. Completis deflagrationibus, Massa per semihoram ignescat. Refrigeratam et in pulverem conversam in Aquam projice: pluries aqua ablue, donec ipsa insipida redeat. Pulverem exsicca, et ad usum serva.

## Acidum Nitricum Deutoxydo Azoti copulatum impurum, vulgo *Aqua fortis*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Sulphatis Ferri venalis *deaquificati* et pulverisati
Nitratis Potassae, vel *Nitri* . . . *Partes aequales*

Probe mixta in retortam vitream *loricatam* demitte; excipulum apta, et fac ut apparatus *Voulfianus* huic respondeat, cujus in lagenis *dimidiam* Nitratis Potassae Aquae *quantitatem* antea distribueris. Distillatione peracta, liquorem in excipulo contentum liquoribus laguncularum admisce, donec Areometrum signet *Gradus triginta duo.*

## Hydrosulphas persulphuratus Antimonii, vulgo *Kermes minerale*, *ad usum Artis veterinariae*

℞. Sulphureti Stibii, sive Antimonii *crudi*
Subcarbonatis Potassae . . . . . . ana *Uncias octo*
Sulphuris depurati . . . . . . . . . . *Uncias duas*

In pulverem tenuem redacta, et probe commixta in crucibulo igne moderato funde; materiem liquefactam in catinum ferreum effunde, et in pulverem tere. Hunc in Aquae ferventis . . . . *Libras novem* immitte; ebulliat per quadrantem horae sub continua agitatione. Post aliquam quietem liquorem adhuc fervidissimum filtra, quo refrigerato, ope filtri pulverem rubicundum collige. Primae operationis residuum cum liquore filtrato iterum ebulliat, et operationem hanc tamdiu repete, quamdiu pulverem rubicundum refrigeratus liquor demittat. Praecipitata omnia exacte commixta, Aquae purae frigidae iterata affusione edulcora, et exsicca.

---

Joannes-Baptista Guidotti *in Ducali Universitate Chymiae et Naturalis Historiae Professor, ex Protomedicati Consilio.*

Georgius Jan *in D. Universitate Botanices Professor.*

Joseph Rossi *in D. Universitate Artis Obstetriciae Professor, Hospitii Maternitatis Rector et Professor, ex Protomedicati Consilio.*

Hieronymus Gottardi *Pharmaciae Professor.*

Joseph Basili *Magni Nosocomii Parmensis Medicus Primarius, in D. Universitate Clinicae Medicae Professor Substitutus.*

Jacobus Lange *Primus Pharmacopoeus Aulicus.*

Nicolaus Morigi *Chirurgiae Clinices Superioris Professor, Inspector Generalis Nosocomiorum, ex Protomedicati Consilio.*

Carolus Saglia.

Franciscus Lorenzini *Chirurgiae Magister.*

Andreas Rasori *Magni Nosocomii Parmensis Medicus, et Depositi Vaccinii Rector.*

Lucas Balestra *Medicinae Doctor, et Institutionum Chirurgicarum Professor.*

Joannes Ghigini *Chirurgiae et Medicinae Doctor.*

Aloysius Mazza *Pharmaciae Magister.*

Carolus Ruspaggiari *Magni Nosocomii Parmensis Medicus, ex Protomedicati Consilio.*

JACOBUS TOSCHI *in D. Universitate Materiae Medicae et Therapiae generalis Professor.*

THOMAS BECCHETTI
*in D. Universitate Medicinae Professor emeritus, et in eadem Facultatis Medicae Praeses honorarius, Consilii Protomedicatus Caput et Praeses, Protomedicus Generalis.*

HUBERTUS BETTOLI
*Medicinae Doctor a Secretis.*

# INDEX

## A

## B

## C



## D

E

## F

G



H

## I



## K



## L



## M

## N

# O

## P



## R



## S

## T

## U

## V

Per fede d'identità del presente Formolario Farmaceutico approvato da S. M. per Decreto dato a Parma il dì 26 Dicembre 1822.

Parma 2 Gennajo 1823.

*Il Presidente dell'Interno*

*Barone* FERDINANDO CORNACCHIA.

# CORRIGENDA

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Pag.* 6 | *lin.* 20 | Similax | *lege* Smilax |
| 31 | 10 | * 3. Spongia praeparata | * Spongia praeparata |
| 112 | 11 | Csystallos | Crystallos |
| 132 | 2 | absorbtum | absorptum |
| 144 | 7 | *aëris* | *aeris.* |

